
42

Copiese la portada

M. S. 4.º perg.º con 355 hojas foliadas y la portada. bien tratado, completo.

P. de Viñone

D. N. S.or Castellanos

Est. 2. MS.
Tab. B.

M: B.

Ch. L. Ma:

~~[illegible]~~ Del P.e Fern.do de Aguilar y Olivero.

DISPUTATI-ONES DE VIS-SIONE ET NO-minibus Dei ad questiones 12 et 13 1æ partis S. Tho.

D.or Castellanos

PER R. P. PE-TRUM DE AVI-LES.

SACERDOTEM THEOLO-gum societa-tis Jesu.

In collegio Cordubensi S.tæ Chatarinæ M. S.

Anno dni 1625



DISPVTATIONES

de Visione et nominibus Dei ad quaestiones 12. et 13. 1ae partis S. Thomae.

Authore R. P. Petro de Auiles Sacerdote Theologo Societatis Jesu.

anno Domini 1624

Prologuutio

Egregius Doctor gentium Paulus qui alibi Deum invisibilem Lucemque inhabitare inaccessibilem tradiderat unicum videndi Deum in hac vita modum 1.a ad Cor. 13. nobis docuit. Videmus (inquit) nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. sane in aenigmate divina, attributa, operaque et reliquas perfectiones cognoscimus, dum per obscuram fidei et Theologicae argumentationis cognitionem eatenus attingimus; per speculum tamen nescio quo pacto melius Deum et divina omnia contemplabimur nisi speculo Deum repraesentante interposito inquam reflexe inspiciamus, quem non patitur Divinitatis splendor directe intueri. quamvis vero creata omnia speculum Deitatis censeantur nihil tamen aptius munus

speculi gerit quam visio beata quae Deum et omnia quae in Deo
formaliter existunt expresse repraesentat —

In hujus speculi contemplatione dum non licet Deum
facie ad faciem intueri libentissime meas disputationes
impendimus commentario quaestionis 12ae primae partis S. Tho.
in qua per 13 articulos de visione Dei ut est in se disseruit
cui adjiciam quaestionis 13ae de nominibus Dei commentarium
universam vero tractationem 9. disputationibus concludam. in 1a
an sit visio Dei in se vel de illius possibilitate et existentia
in 2a inquiram quid sit visio Dei in se. in 3a de aliquibus
affectionibus visionis Dei disputabo. in 4a de objecto ut movente
se in genere speciei. in 5a de objecto terminativo increato
visionis Dei, in 6a de objecto creato illius. in 7a de principio ef-
ficiente naturali visionis Dei. in 8a de principio efficiente supra-
naturali vel de lumine gloriae in 9a denique disseram de no-
minibus Dei. in qua dispositione bonum consulendum est ne ordi-
nem doctrinae S. Thomae aliquo modo invertamus ut quae
inter Recentiores praesertim volant in controversia
circa visionem Dei, cum claritate et perspicuitate tradan-
tur; servamus enim ordinem quem Arist. praescripsit, dum
prius an sit visio, deinde quid sit, postea qualis sit et tandem
inquirimus propter quid sit dum illius causas investigamus

2

QVESTIO 12a. S. THOMÆ quo-
modo Deus á nobis cognoscatur in 13 arti-
culos divisa

In 1o articulo docet S. Tho. intellectum creatum posse videre Deum per essentiam et ut est ipse, et ad hoc dari desiderium in natura; in 2o docet Deum non videri ipse per ullam similitudinem creatam ex parte obiecti, sed per similitudinem ex parte intellectus quae sit efficax ad videndum Deum. In 3o tradit non posse divinam essentiam videri oculis corporeis. in 4o idem denegat intellectui per vires naturales. in 5o indigentiam luminis supernaturalis ad videndum Deum statuit; in 6o docet unum beatum perfectius alio Deum videre. in 7o negat comprehendi Deum ab intuentibus illum ut est ipse. in 8o docet videntes Deum non omnia creata in ipso videre. in 9o docet ea que creata que videntur á beatis non nisi in divina essentia cognosci. in 10. statuit non successive sed simul videri á Beatis omnia creata que in divina essentia cognoscit. in 11o asserit ab homine puro non posse Deum videri ut est ipse nisi ab hac vita mortali separetur. in 12o docet per naturalem rationem haberi posse cognitionem Dei. et in 13. altiorem Dei cognitionem per gratiam obtineri posse.

DISP. 1a an sit visio Dei, in se

articulus 1us de nomine visionis beatæ.

Ordior ag. quod nomine. tribus modis solet accipi visio 1o improprie pro cognitione, quacumque vel obscura et clara et probabili tamen et certa. sic accipitur 1a ad Cor. 13. no 12 videmus nunc per speculum in enigmate. tunc autem &c.a ubi visio contradistinguitur ab Apostolo a cogn. clara Dei similiter prophetia solet dici visio proverb. 29. no 2. et c. 31. no 2. Esaiae 1o no 1. et c. 6. et alibi sapissime unde Prophetae dicuntur videntes et videre Esaiae 2o. no 3. c. 2 no 1. c. 6 &c.a cumque Prophetia soleat esse cogni. 2a obscura et enigmatica. tandem cognitio dei quae habetur ex creaturis dici solet visio Job. 36. omnes homines vident Deum unusquisque intuetur procul. Ad Romanos 1o. invisibilia Dei &c.a per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur.

2o accipitur visio proprie pro cognitione clara tamen vel sensitiva vel intellectiva nam licet haec verba visio et videre ad proprie visus actus primo acommodata sint et inde ad alios sensus externos ut recte S. Aug. tho. 2. epis. 112 c. 2. Ad jam usu sapientum et modum loquendi sacrae scripturae testatur idem S. Augustinus c. 22. ad spiritualem cognitionem claram et evidentem tantummodo proprie etiam acommodatur esse ita ut proprie non possit dici videri, quod tamen obscure cognoscitur ita idem S. Aug. c. 2. unde est illud celebre dictum ejusdem S. Doctoris tho. 9 tract. 40 in Joannes, quid est fides nisi credere quod non vides et similiter tract. [illegible] et S. Tho. 2. 2ae q. 1. art. 4 corpore manifestum est quod nec fides nec opinio potest esse de visis. de potentia visiva corporea

porea specie quoque affirmatur videat Deus innumera sunt testimonia in Scriptura, imo maxime quia in qq. Dei dicitur visio oculis et corporis videlicet in aliqua imagine et corpore assumpto, clare 6. . . . interius visus est Joan. 1. vidimus gloriam eius &c. de quibus alibi.

3° cum visio corporea non tendat nisi ad obiecta praesentia immediate et ut sunt in se, inde fit quod per intellectum proprissime solum dicantur videri quae intuitive immediate et evidenter ut praesentia cognoscuntur ita S. Aug. epist. citata cap. Propterea visio Dei in praesenti tract. proprissime accipitur pro intellectiva cognitione immediata quidditativa et intuitiva Dei ut est in se, in qua secundum sententiam dicitur consistere Angelorum et hominum beatitudo formalis vide Tabulam 1 p. q. 12 art. 1. in commentario.

4. Tandem sicut visio corporea oculorum non exercetur circa proprium obiectum absque ministerio luminis, ita neque clara Dei visio non habetur absque lumine supernaturali quod appellatur lumen gloriae et requiritur ex parte intellectus ad eius potentiam naturalem elevandam in ordine ad eliciendum visionem beatam eliciendam de quo disput. 3.

Art. 1.

An sit possibilis et detur visio Dei ut est in se.

Sect. 1. Veritas Catholica contra errorem Armenorum statuitur.

Frater(que) Ubo Armenij refert hos existimasse Deum videri non posse ut est in se, sed solum fulgorem quendam a Deo emanantem, in quo errore extitit Petrum Abaylardum et Arnoldum ejus discipulum refferunt Prateolus in illis hæreticis et Gualterius in chronologia ad annum 1140, quamquam S. Bernardus illis coetaneus expresse hunc errorem non adscribat in epist. 190 in qua aliquos errores eorum recenset, inde tamen non recte deducit P. Vasquez 1. p. disp. 37 c. 1. eos ab hoc errore fuisse immunes, cum præter errores ibi relatos affirmet S. Bernardus plures alios errores ab illis promulgatos — Sit 3a: possibilis est imo et re ipsa datur visio intellectualis Dei ut est in se in hominibus et Angelis beatis ita DD. cum Magistro 4. dist. 49 et cum S. Tho. 1. p. q. 12 ubi Cajetanus, Molina, Zumel, Vasquez, Arrubal, Herice, [illegible] et alij et 1. 2æ q. 3 art. 1 ubi Salas, Egidius, Lusitanus, Torres et Montesinus et 3. p. q. 9 art. [illegible] ubi Pater Suarez, Cabrera, Alvarez et [illegible] et alij passim in hac materia referendi, estque [illegible] de certa secundum fidem ita ut oppositum sit erroneum et hæreticum atque ita S. Tho. 1. p. q. 12 art. 4 in 3 arg. dicit esse erroneum et D. [illegible] lib. c. 54 n. 6. [illegible] q. de veritate art. 1 initio corporis dixit esse hæreticum —

Probatur et ex S. 11 Mathei 5. n. 8. beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt de quo testo S. Aug. epist. 112 c. 24. Si quæris utrum possit Deus

vide

videri: respondeo posse; si quaeris unde sciam. Respondeo quia in veracissima scriptura beati mundo corde Dm. videre; item Mathei 18 nº 10 Angeli eorum semper vident faciem Patris. deinde 1ª ad chor. 13: nº 12 videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem. nunc cognosco ex parte tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum, per quae verba visio denotatur clarissima et intuitiva, et beatifica quae non denotatur in aliis Sacrae Scripturae locis in quibus Deus dicitur visus facie ad faciem, genes. 32, exodi 33. nº 11 et Num. 12. in quibus familiaris communicatio Moysis aut aliorum cum Deo atque visione intuitiva per facialem cognitionem explicatur, quod probant S. Aug. epist. 112 c. 7 et S. Greg. lib. 18 moralium c. 78 ex exodi 33 cum dixisset Scriptura loquebatur Moysem Dominus facie ad faciem dicitur postulavit Moyses ostende mihi faciem tuam, quod dicitur illi pro statu hujus vitae denegatum.

Ad haec 1ª Joannis 3. nº 2 dicitur nondum apparuit quod erimus; scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est. non solum visione corporea humanitatis Xpi Domini quam S. Joannes jam viderat et de qua non poterat affirmare nondum apparuit quod erimus. tandem Apocalip. 22 nº 4 servi ejus servient illi et videbunt faciem ejus &c. quae verba sic semper expositores de visione clara et intuitiva Dei interpretantur. Vide Recentiores expositores et P. Suarez 1. p. disp. 36. c. 1. et P. Vasquez q. 12 art. 1.

in commentarijs aliquot illorum expendentes. Observa autem circa ipsum Papam refferendum dicto ut a Pauli et Joannis de hac visione clare explicuisse.

Probatur 2° ex authoritate Conciliorum et Summorum Pontificum. hanc veritatem docuit S. Evaristus Papa in Epistola 2ª ad omnes Episcopos quae habetur tho. 1. Conciliorum. Praeterea Bened. 12. in quadam constitutione quae incipit Benedictus Deus et habetur in bullario tho. 1. in Benedicto undecimo ubi definit ante diem judicij animas justorum ad beatitudinem recipi et quae videre Divinam essentiam immediate se bene clare et aperte illis ostendentem. idem testatur Concilium Francofordiense epistola ad episcopos Hisp. et tandem Florentinum sess. ult. in literis unionis ubi definit beatorum animas clare intueri Deum trinum et unum ut est in se.

Probatur 3° ex authoritate SS PP. qui a primis ejus origine hanc veritatem docuerunt S. Dionysius c. 4 de caelesti hyerarchia S. Martialis epist. ad Tolosanos. S. Hyreneus lib. 2 c. 3 Origines in periarchon c. 1. et lib. 7 contra Celsum col. 11. S. Clemens Alexandrinus lib. 5 Stromatum in longa a fine S. Nazianzenus oratione 2 in fine et oratione 34 S. Nissenus oratione 6. de beatitudinibus ad medium et lib. de vita Moysis. S. Ambrosius lib. de bono mortis c. 11. S. Crysostomus homilia 3. ad Philipenses post medium et homilia 6 ad populum. S. Epiphanius haeresi 70. S. Aug. tho. 2. epist. 112 c. 8 et 14 et tho. 3. lib. 12 de genesi ad lit. c. 34 fine S. Cyrillus lib. in Joann. c. 1. S. Greg. 18 moral. c. 28 S. Isidorus lib. 2. de officijs c. 33. S. Beda ad ca. ultima 1. Joannis 3. videbimus eum sicuti. S. Damascenus

lib.

hist. de Barlaam c. 8 S. Bernardus serm. 31 in Cantica et hic. 9 de considerat. et omnes DD. scholastici nullo dempto qui non solum docent possibile esse Deum videri sicuti est sed etiam re ipsa videri a beatis —

Probatur 1ᵒ ratione 1ᵃ quod sit possibile Deum videre clare et immediate probatur quia in eo nulla apparet implicantia contradictionis et virtute divina potest id fieri. Antecedens istud habet ex solutione argumentorum et probatur nam ex parte Dei datur summa et perfectissima visibilitas quae plana ad dicitur ... est ad nitum deinde ex parte intellectus creati licet videntur res naturales datur tamen potentia obedientialis quia potest elevari et fortari per aliquod lumen quod adpertinet ad claram Dei visionem. Praeterea cum divina essentia continetur intra sphaeram et latitudinem obiecti intellectus scilicet entis —

Deinde quod re ipsa detur talis visio colligitur ex testimoniis S. Scripturae quorum revellatione nobis innotescit quod reipsa divina voluntas effecerit. Hanc vero existentiam visionis beatae et possibilitatem duabus aliis rationibus probat S. Thom. 1. p. q. 12 art. 1. quas art. seq. expenderemus, 2ᵃ desumpta ex appetitu, quod datur in hoc ad suam beatitudinem essentialem quae consistit in clara Dei visione id Deus non frustra indidit creaturis intellectualibus illum appetitum ergo possibile est illum ad actum reduci, imo et reipsa satiatus est in aliquibus saltem individuis —. 3ᵃ ratio quia inest etiam appetitus videndi Deum authorem naturae ut est in se ergo natura frustra si hic appetitus quod non perfectè satiatur per cognitionem quam habere ex creaturis, plane oportuit videre Deum ut est in se imo et ab aliquibus reipsa videtur —

Sectio 2.a evertuntur hæreticorum fundamenta ex authoritate

1.o objiciunt Hæretici aliquot S. scripturæ testimonia

1.o exodi 33 n.o 20 non poteris videre faciem meam non n. videbit me homo et vivet et n.o 23 videbis posteriora mea faciem autem meam videre non poteris. 2.o Ysaiæ 6. n.o 2. Seraphim aliis duabus velabant faciem ejus quia videlicet humanum vultum ejus ferre non poterant. 3.o Mathæi 11 n.o 27 nemo novit Patrem nisi filius et cui voluerit filius revelare. 4.o Joan. 1.o n.o 18. Deum nemo vidit unquam; unigenitus &c. ubi ut legunt S. Chrysostomus 6. et S. Athanasius lib. 3. de vita Trinitatis nisi unigenitus &c. 5.o Joann. 6. n.o 46 non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, qui vidit Patrem. 6.o epist. 1 ad Thimot. c. 1. n.o 17. Regi sæculorum immortali et invisibili et c. 6. n.o 16 qui lucem inhabitat inaccessibilem quem nullus homo vidit sed nec videre potest. 7.o epist. 1. Petri c. 1. n.o 12 Spiritu Sancto misso de cœlo in quem desiderant Angeli prospicere. ubi desiderant nullo modo intuentur

Ad 1.um Resp. ibi sermonem esse de visione corporea in specie et figura aliqua adeo lucida ex parte faciei ut aciem perstringeret videntium non a tergo. ita Cornelius et ex aliis qui si sermo sit de visione intellectuali, solum intenditur eam nulli in hac vita degenti secundum legem ordinariam dicari. ita S. Chrysostomus et S. August. epist. 112 c. 13. ad 2.um Resp. ideo vultum Dei velabant Seraphim cultum et reverentiam quam altitudinem

et

et magnitu mysteriorum et scilicet Dei recognoscebant et venerabantur, esto ea clare intuerentur. ad 3um mysterii trinitatis cognitionem nemini citra revelatum videri denotatur. Ad 4um ter. sermo est de visione Dei in hac vita, quam nulli nisi Xpo Domino ut hoc concessum fuit vel etiam nulli per vires naturales sed per lumen supernaturale tum id dicitur concessum. Inde patet ad 5. et 6. Ad 7um Respondeo Angelos non desiderare visionem ut bonum absens, sed ita sine fastidio visione Dei delectari ut eam amplius possidere desiderent ita expresse S. Greg. 18 mor. c. 28 refert in satietate fastidium satiati desiderant, ita etiam S. Isidor. l. 1 sententiarum c. 12 sententia 22. S. Beda tho. et lib. variarum quaest. q. S. Tho. et 1. p. q. 5 art. 1 ad 2um. Addo 8. Salmeron tho. 10 disp. 2. hic vera intelligere de visione Xpi Dni in eucharistia et vita ac participatione illius quam carent Angeli et propterea illa desiderant.

Obj. 2o. Plures ecclesiae Patres hanc visionem possibilem esse negantes teste S. Basil. lib. 5 contra Eunomium post medium. S. Nissenus orat. 6. de beatitudinibus ad illa beati mundo corde &a. S. Hyeron. lib. 4. in Esaiam ad illa verba c. 1. audite verbum et Esaiae 6. ad ea verba et vaque sub ipso erant ubi plane negat divinam naturam videri ut est in se, sed ut ipse Deus se voluerit manifestare. S. Ambr. lib. 1. in Lucam ad ea verba apparuit illi Angelus et lib. 5. de Spiritu Sancto c. 4 et sermone 25 S. Cyrillus Alex. lib. 1. in Joannem c. 22. et alter Cyrillus catecheses 6. post initium S. Epiphanius haeresi 70. Theodoretus dialogo immutabilis ante medium et 1a ad Chor. 13 ad ea verba facie ad faciem S. Isidorus expositione in exordium c. 39. et lib. 1. sententiarum c. 3. Primasius 1. ad Chor. 13. ad ea verba cognoscam

noscam sicut et cognitus sum Euthimius Joan. 1. ad ea: nemo vidit Theophilactus 1a Joan. 3. ad ea verba videbimus eum sicuti est, tandem istis est in hac visione negenda S. Crisostomus hom. 23 in gen. ad finem et hom. 14 in Joan. post initium et hom. 1. de incomprehensibili Dei natura post medium idque saepe repetit in aliis quinque homiliis.

Hos fere Patres refert P. Vasquez 1. p. disp. 37 a c. 2. et qui semper ardet veritatis amore ingenue fatetur ostendit S. Crisostomum et alios PP. re nondum in ecclesia satis explorata errorem hunc nos docuisse, cui subscribunt Pater Molina 1. p. q. 12 art. 1. circa finem et Pater Fernandez de visionibus veterum test. sect. 1. n. 3. in disp. 7. ea super P. Vasquez vehementer carpitur ab Egydio Lusitano Magistro Lorca et aliis Doctoribus, quos non omnino pietatis in S. PP.es zelo motos, indicant, nescia et verba aeulei qq non secundum religiosam pietatem Patrem Vasquez incessunt, quae iniuria et refellit et depellit P. Herica 1. p. disp. 36. a c. 2. ipsique existimat S. Crisostomum et aliquos PP. nulla via posse a praedicto errore excusari. Ego tamen ut sentiam dictos relatos PP. ab hoc errore alienos fuisse inducor 1o quia ita sentiunt ut plurimum omnes Theologi et S. Tho. 1. p. q. 12 art. 1. ad 1um S. Crisostomum excusat. Praeterea Bellarminus Valentia Suarez Maldonado Enriquez Arrubal et plures alii, quos refert et sequitur Lasdus et omnium horum Patrum mentem discutit 1. p. q. 12 art. 1.

dubio

dubio 3. Deinde quia vtra illorum PP. aliquam exigunt interpretationem. 3° quia incredibile est sapientissimos PP. hanc veritatem apertissime in sacra scriptura contentam et ab initio quoque traditam latere potuisse cum S. Augustinus ep. 112. c. 4 dicat hanc veritatem ita esse evidentem ut non solum eam credat sed etiam sciat contra illud quod Joannis 3. scimus quoniam similes ei erimus. Dico quia plures eorum PP. alibi catholicam doctrinam contra haereticos tradiderunt eos retuli in prima conclusione.

Dico igitur in aliquo ex his quatuor sensibus posse praedictos PP. explicari. 1°: vt solum ostendant Deum esse incomprehensibilem ab intellectu creato quantum non supernaturali lumine illustrato. disputabant enim contra Eunomium et Anomaeos, qui comprehensionem Dei intellectui creato concedebant. ita hoc dubio S. Basilius et S. Chrysostomus vt patet ex eius illis homiliis de incomprehensibili Dei natura. Ita etiam vterque S. Cyrillus, Isidorus, Primasius, Euthimius et Theophilact. praeterea S. Chrysostomus non visionem quamcumque negat, sed semper cum aliquo addito, quod denotet comprehensionem, et ita excludit comprehensionem cognitionem integram Dei totalem, exquisitam, summam, amplam, perfectissimam. Dico 2°. quod non aliquando tam ipse quam alii PP. contra illos haereticos disputantes visionem absolute excludunt mirandum non est, saepe enim PP. dum disputant contra aliquem errorem, vbi videntur ad extremum contrarium errorem declinare. ita S. Aug. extenuans liberum arbitrium contra Pelagium vt ipse testatur epist. 46. et lib. de gratia et libero arbitrio c. 1. Praeterea S. Hieronimus commendans virginitatem contra Jovinianum, putabatur nuptias

damnare ut apolog. ad Pamachium ipse testatur. Inde S. Hyeronimus S. Hilarius S. Crisostomus. S. Ambrosius et S. Aug. disputantes contra Manicheos pro libero arbitrio, sicut etiam nostri Theologi contra Luteranos existimati sunt Pelagiorum heresi favisse ut propterea necessarium fuerit ut S. Aug. se defenderet lib. 1. retract. c. 9. et lib. de nat. et gra. contra Pelagium c. 61. eodem pacto Sancti PP. disputantes contra Anomeos utpentis comprehensionem Dei, quam ipsi adstruebant excluderunt verbis saltem in extremum errorem declinabant.

Ad 2. de visione intuitiva intelectuali non comprehensiva loquimur, solum intendunt predicti PP. Deum pro statu hujus vite secundum legem ordinariam non posse videri ut est in se, ita S. Nissenus. 3º aliqui solum excludunt visionem habitam per vires naturales intellectus ita S. Hyeronimus citatus S. Basilius ac S. Crisost. contra Enumeos et S. Ambros. in c. 1. Luce. 4º denique aliqui eorum solum excludunt ut possibilem visionem Dei mediis oculis corporeis ita exponuntur S. Hieronimus ac S. Ambros. a S. Aug. 1º a epist. 111. et 112. c. 6. itaque quae se exponit S. E. Dif. loco citato.

Sect. 3. an glorificatorum visio deberet esse infinita

Obj. 1º Deus ut est in se est objectum infinite perfectum quod non potest videri ut est in se per visionem creatam et finitam. Conseqª probatur nam inter visionem et objectum debet dari proportio quod sicut objectum incretum est et infinitum ita quoque visio quae dictatiua ipsius. Resp. 1º nam quod perfectius est objectum eo perfectior est cognitio quae dictatiua illius

in

in genere cognitionis, et si obiecta sint perfectiora et perfectiora sine termino cognitiones quoque erunt perfectiores sine termino quod cognitio quidditativa obiecti infiniti erit infinite perfecta et quae superat perfectiones et perfectiones sine termino cognitionis obiectorum finitorum; et quae versatur circa obiectum infinite perfectum. Ergo probatur namque vis speciei perfectioris cognitionis determinato excessu superat inferiorem et sic in infinitum quod descendat ut potens infinitos excessus determinatos in se continens erit infinita, sicut qualitas quae continet in se infinitos gradus determinatos. Ergo 2o nam quantum distat perfectius obiectum ab obiecto minus perfecto, eadem proportione cognitio magis perfecti obiecti distat in perfectione a cognitione obiecti minus perfecti; sed perfectio Dei infinite distat a perfectione cuiuslibet obiecti creati, quod perfectio visionis beatae infinite distat in ratione cognitionis a cognitione cuiuscumque obiecti creati atque adeo est infinita perfecta. Ergo 3o quia secundum S. Thomam 1. p. q. 12 art. 8. et 3. p. q. 10 art. 2. et 3. visio, qua viderentur in Deo omnes creaturae possibiles esset infinita, imo et comprehensiva ex eo quod illam multitudinem infinitam vel in se obiectis immediate vel saltem in divina essentia attingeret; sed ea infinitudo visionis non proveniret ex infinito numero obiectorum possibilium secundum se, neque ex eorum additur ex parte obiecti non infinitis essentiis in quod cognoscuntur nam obiecta possibilia solum addunt extensionem supra obiectum increatum et infinitis modis ab obiecto increato exceduntur quod aut illam in essentia cognoscunt visione finita aut essentia non nisi visione infinita cognosceret

Hoc ferè modo proponit hoc argum P. He-
rice disp. 36 c. 4 a nº 57 et solvit a nº 65 et Bat-
fasdq 1. p. q. 12 art. 1. dubio 7; ad illud ergo respon-
det S. Tho. 1. p. q. 12 art. 1. ad 4. proportio singulariter
dicitur dupliciter, uno modo certa habitudo unius quan-
titatis ad alteram, secundum duplum triplum et equa-
le sunt species proportionis. alio modo quelibet habitudo
unius ad alteram proportio dicitur, et sic pt esse proportio cre-
aturae ad Deum inquantum se habet ad ipsum ut effectus ad cau-
sam et ut potentia ad objectum. hec S. Tho. que aliis terminis ex-
plicantur ab P. Araujo 1. p. q. 13. c. 5 nº 23. scilicet inter
cognitionem et objectum non esse proportionem arithmeticam, ita ut
quanta est perfectio cognitionis quanta objecti; neque etiam omni-
no geometricam, ita ut quantum crescit perfectio
objecti in uno genere, tantum perfectio cognitionis crescat in
alio inferiori genere; esset quodammodo geometricam
quatenus quo perfectius est objectum eo perfectior est cog-
nitio intra inferiorem lineam et genus finitum, et
propterea nunquam est infinita objectum infinitum
Hanc solutionem laudat P. Herice c. nº 68
et verissima est si recte explicetur, et ex ea patet ad
argumentum in quo exigitur aliqua proportio inter perfectionem visionis et
perfectionem objecti, concedimus quod eam proportionem debere existere
quod sicut objectum increatum excedit omnia objecta in perfectione
ita visio illius omnes visiones inferiorum objectorum; quod pt verum
esse absque infinitate visionis; quia semper hec manet
intra lineam et genus entium finitorum. ideo autem ma-
nere intra talem lineam finitam probat optime Pater
Ar-

Arriubal quia perf.º que in illam refundit ex obj.º limitata semper, et perf.º tam limitata proj. efficitur tis a quo visio producitur et in quo recipitur, qui perf.º proj. limitata manet quantumcumq. elevetur et perficiatur per lumen gloriae, q. etiam finitum est et limitatum. explicatur exemplo cognitionis connaturalis q. a ex objis sensibilibus in hac vita de Deo cognitus acquirimus. ea n. cognitio excedit quoque infinitas [illegible] minus perfectas et attingit objum infinitum, et ex eo habet perfectionem quandam perfectiorem et perfectiorem aliarum cognitionum infiniti Angeli perfectiores et perfectiores connaturalem cognoscerent, semper tamen cognitio Dei maneret intra latitudinem et sphaeram perf. finitae et perfectionis limitatae —

Pater Vasquez 1. p. q.ª 12 art. 2. dub. 7 nº
hanc solutionem impugnat dicit q. ea calculatur ad gloriam infinitam perf. in visione, [illegible] vincere si limitatur ad unitatem in generali, x.ª spiritus perfectionis obji exigere perfectionis cognitionis obji non tamen habet locum, nisi cognitio sit adaequata et comprehensiva, tunc n. sicut perfectio obji exigit et illius repraesentabilitas passiva ita et cognitio ejusdem obji si adaequate in repraesentando eum tali cognoscibilitate passiva exigit in perfectione. q. si cognitio non sit adaequata obji (sicut vere non adaequatur Deo visio beata) tunc poterit contingere ut cognitio inferioris obji ex eo q. sit adaequata sit perfectior quam cognitio superioris obji si inadaequata sit —

Sed contra hanc solutionem sic arguo. ea proportione q.ª cognitio adaequata superioris obji superat cognitionem adaequatam inferioris eadem cognitio inadaequata superioris supe

rat inadequatam inferioris, quae est eiusdem ordinis et
sicut Deus infinite excedit omnes species creatas, ita cog-
nitio quidditativa illius omnes quidditativas species creatas. et sicut
Deus infinito excessu superat omnes species creatas et quae
infinitis perfectionis, ita quoque visio beatorum, nisi revela-
ratio ad solutionem a nobis tradita, exsuperat quidditativam
cognitionem Dei non crescere usque ad perfectionem infinitam
per augmentum perfectionis cognitionis objecti debet esse
intra lineam finitam proportionis agentis finiti. [illegible] excess-
cum cognitionis eadem proportione vel simili qua crescunt
objecta probatur nam ceteris paribus scilicet stante aequali vir-
tute intellectus et aequali genere cognitionis, quod scilicet omnes sint
vel quidditative et connotative tantum vel naturales et super-
naturales et intra genus quidditativae cognitionis v.g. illa cog-
nitio quidditativa quae repraesentat perfectius objectum, ratione
objecti excellentis nobilior est quam cognitio inferioris objecti
quidditativa et aequalis in reliquis aliis; nam ratione objecti par-
ticipat cognitio aliquam perfectionem et perfectio cogniti-
onis crescet eadem proportione qua crescit perfectio objecti si in
ceteris sit paritas. Unde patet ad exemplum quod affert
[illegible] nam si comparetur inadequata cognitio superioris
objecti cum adequata inferioris, non servatur proportio, quae
affirmatur in ea calculatione, quia non sunt cetera paria neque
comparatur adequata cum adequata neque inadequata cum
inadequata cognitione, sed adequata cum inadequata; at vero
in calculatione ut a nobis instruitur, comparatur visio bea-
ta Dei quidditativa et supernaturalis cum visionibus quiddita-
tivis etiam et supernaturalibus aliorum inferiorum, in quorum comparatione
sicut debito ratione objecti debet excellere visio objecti increati.
Addimus confirmamus [illegible] intra latitu-
dinem

ne obiecta creatura ex eo quod intra genus quod v.g. dentur per-
fectiores species et perfectiores sine termino et ex
eo quod hic Deus superans agat sanctificante non sequitur quod
sit infinita perfectio; sicut Angelus non est infinite per-
fectus ex eo quod intra genus animalis reperiet species perfectio-
res et perfectiores sine termino; itaque nec ex eo quod visio
beata excedat infinitas cognitiones se excedentes in in-
finitum, sequitur namque excessus omnis respectu infinitarum
inferiorum ex eo detur perfectio indivisibilis finita supe-
rioris ordinis vel perfectionis et similiter in visione
beata. Ad probationem negatur quod superiorem speciem non
ita superare inferiorem ut huius perfectionem formalem
contineat et addat excessum determinatum (in quo distat ab
intensione graduali) et ita non dicitur excedere alteram
inferiorem excessu determinato ex eo quod duas saltem inade-
quatas perfectiones contineat, alteram quae sit aequalis inferio-
ri et alteram determinatam qua inferiorem excedat sed ea
solum dicitur superare quatenus continet perfectionem quandam
indivisibilem finitam et meliorem, in qua nullo modo possit
intelligi aut praescindi perfectio determinata quae inferiorem
excedat, idemque proportionaliter dicendum est de cognitione
v.g. existentia in nullo obiecto aut cognitione perfectio infinita ex-
peditur. — Ad 2am confirmationem Respondeo neg. consequentiam propter dicta
ad argumentum nam limitatio et finitudo prior est in causa
crescat perfectio cognitionis [illegible] eadem proportione quod crescunt obiecta
nisi tamen [illegible] et intra latitudinem perfectionis quam potest tra-
dere [illegible] existentia visio Dei non distat infinite a per-
fectione cognitionis obiecti finiti. —

Ad 3am non esset infinita cognitio omnium possi-
bilium in Deo ex eo quod versetur circa infinita possibilia in
se

de lido non posset fieri fortasse per cognitionem finitam, neque ex eo, quod verteretur ad illam et ad Deum simul, sed ex eo quod Deus cognosceretur infinito modo cognitionis in ipso ob perfectionibus formalibus, ob quae et infinitis extensionibus eadem ad ea objecta creata, quod forte arguerent infinitatem in visione de qua disp. 5. et 6. num. 8. Herice disp. 36 c. 4 nº 21. putat neque ex eo argui infinitatem perfectionis quae in contrarium afferatur —

Sectio 4ª argumentum ex eo quod Deus non continetur sub objecto naturali intellectus — // — //.

Dico 4º nulla potentia vitalis quantumcumque elevetur potest attingere vitaliter objectum, quod non continetur intra latitudinem sui objecti adaequati et connaturalis; sed Deus ut clare visus non continetur intra latitudinem objecti naturalis intellectus ergo non potuerit Deum ut est in se intueri neque per potentiam absolutam. minor patet 1º nam Deus ut est in se plus distat a ratione entis naturalis quam visio specie a ratione coloris, ergo sicut species non continetur intra latitudinem objecti oculorum. neque hi possunt elevari ad videndum spiritum (multo minus ad videndum divinum) ita neque noster intellectus ad videndum Deum. Probatur 2º nam Deus ut comprehensus est extra latitudinem objecti intellectus ergo et Deus ut visus. Probatur 3º nam ratio entis est sic tamen, est objectum formale nostri intellectus ergo non tale ens scilicet Deus. probatur 4º nam habitus nostri intellectus specificaretur non solum ab objectis naturalibus sed etiam a supernaturalibus ut a visione clara Dei ergo non esset potentia naturalis sed supernaturalis. consequentia probatur nam ordo potentiae ad objectum supernaturale non potest non esse supernaturalis

nalis quae pot. intellectiva et esset vim supernalis vel claude
ret duos ordines alterum naturalem et alterum supernaturalem
vel si posset versari circa Deum per claram visionem. Resp.
concessa majori. nam singulae pot. vitales sunt determinatae ad
extra quorum limites versari nequeunt ut in lib. 2. de ani
ma docui. quod si intra latitudinem objecti alicujus pot. praece
dat aliquid vel intensione praeternaturali et distantia supernaturali
ad illud poterit naturalis pot. extendi, ut confortata per
vires praeternaturales aut supernaturales, et sic pot. visiva corpo
rea poterit intueri colorem vel lucem supernaturalem vel
infinite intensam, et intellectus Deum, et alia entia super
naturalia vel infinita. quare neganda est minor —

Ad 1am ejus probationem Resp. si latitudo et univer
salitas objecti esset aequalis respectu suarum potentiarum recte
fieret argumentatio; et ex majori distantia Dei ab aliis
objectis creatis recte colligeretur illum non contineri intra la
titudinem objecti intellectus creati, sicut sonus non continetur in
tra objectum pot. visivae, sed cum detur maxima inaequalitas
inter pot. et universalitatem objecti ipsarum et objectum intel
lectus sit adeo universale ut claudat omne ens et verum
sicut intra collectionem entium Deus continetur ita etiam intra
latitudinem objecti intellectus, pot. vero visiva ut pote limita
ta habet objectum minus universale et nequit extendi ad sonum
quamvis adeo parum distet in perfectione a suo objecto scilicet
colore et luce —

Ad 2am probationem Resp. Deum ut apprehen
sum specificative non recte dici quod extra latitu
dinem objecti intellectus quamvis reduplicative ut talis
dicatur extra latitudinem objecti intellectus creati; qua
tenus

comprehensio Dei est actus repugnans naturæ intellectus et illius capacitatis superans quia in hoc actu tantummodo distinguitur increata cognitio Dei à cognitione creata ejusdem, et quia comprehensio Dei debet esse infinita ut potè adequata passivæ cognoscibilitati infinitæ, quorum neutrum reperitur in visione intuitiva Dei. neque novum est quod aliquando repugnat potentiæ aliquis actus circa proprium objectum nam potentiæ visivæ repugnat actus auditionis vel intellectionis circa objectum scilicet coloris vel lucis et intellectui humano intellectio Angelica comprehensiva Angelus —

Ad 3m probatus P. Arriaga disp. 36. c. 4. n° 56 exterminare contendit opinionem eorum qui potentias dicunt solum respicere ut objectum rationem aliquam objecti. v. g. intellectum rationem entis, potentiam visivam rationem coloris &c. quod falsum est quia respectus transcendentales potentiarum ad objecta non potest fieri per titulos unum solum sed versatur circa objecta materialia ut sunt a parte rei, atque adeo specificantur ex collectione eorum objectorum in individuo annuit quod non quia nemo intellectus inveniret in tali collectione unam rationem formalem in qua omnia illa objecta conveniunt —

Ego sic censeo verum esse quod potentiæ per suos respectus transcendentales præcisiones non faciant, sed versentur circa totas materiales entitates objectorum, nihilominus si inquiratur ratio, quare circa illas individuas entitates versetur, sine dubio respondendum est quia habent talem rationem in qua conveniunt non vero quia habent rationes individuas. v. g. si inquiratur quare potentia visiva versetur circa colorem viridem recte respondebis quia habet rationem coloris viridis non vero quia est qualitas neque quia ceteras quas habet rationes reperiuntur in aliis objectis. similiter si dicendum in intellectu respectu cujuscumque entis, quod ratio entis præcise est

est attingibile ab intellectu; et propterea intellectus attingit entia particularia et eorum differentias quia illae claudunt rationem entis. et similiter Deus ut est in se cum habeat rationem entis veri pertinebit ad objectum intellectus. Addo insuper omnino et differentiis specificis et singularibus objectorum accrescere perfectionem formalem ipsius potentiae, ita ut perfectior sit quae plura et perfectiora objecta attingat.

Ad 3am partem respondet Magister Alvelda 1. p. disp. 2 sect. 1. n° 15 non specificari nostrum intellectum a Deo ut claro visibili, sed ut intelligibili ut sic. Pater Arriaga disp. 3. c. 4 n° 19 docet Deum ut claro visibilem continere sub latitudine connaturali objecti intellectus. P. Herice disp. 36 c. 4 n° 21. ostendit intellectum specificari ab entibus naturalibus secundum rationem naturalem quam dicit, a supernaturalibus, vero secundum obedientialem et non repugnantiam ad elevationem et fundamentum positivum quod est in intellectu ad talem non repugnantiam. Tandem Pat. Fasolus 1. p. q. 12 art. 1. n° 6. docet Deum ut ens supernaturale esse objectum naturale intellectus, idest essentiale seu essentialiter respectum ab intellectu non tamen naturale idest per vires naturales respectum tanquam cognoscibile per tales vires —.

Ego sic censeo 1° falsum esse quod ait Alvelda intellectum specificari solum a ratione intelligibilis ut sic nam potentia specificatur a collectione adaequata sui objecti secundum totam eorum entitatem ut recte probat Herice. et propterea dicuntur potentiae specificari a collectione non solum objecti sed etiam actuum, qui objecta attingunt secundum particularem eorum entitatem, hinc quare intellectus recta via tendit in quae entia et intelligibilia sunt. — censeo 2° objecta supernaturalia dici connaturalia objecta potentiae naturalis, quae possunt attingi a tali

pon quia non possint attingi per instr.a et speciem, quae Deus ut auctor naturae et secundum leges naturae offert et offert ut velit D. Thomas. ex quo patet forte non valde apposite ratione his ea pon.

Censeo 3.o quod ait Heric. posse specificari ab objectis supernaturalibus idem secundum potentiam obedientialem non secundum naturalem, probandum non esse si obedientialis putet formalitates intrinsecas in potentia distinctam a natura his eadem. formalitas secundum intrinsecum naturalis est et obedientialis in ordine ad diversa connotata et talis formalitas specificabitur adaequate tam ab entibus naturalibus quam a supernaturalibus; ab his et speciem super naturalem non accipit quia ea respicit ut instrumentum elevatum ad ordinem supernaturalem. ex eo autem quod potentia ex elevatione ut instrumentum attingat objectum supernaturale non accrescit illi major et diversa perfectio, quam ex eo quod attingat ut causa principalis objecta naturalia imo et supernaturalia quod aliqua naturalis.

Art. 3.us

An Lumine naturali possit noster intellectus possibilitatem visionis Dei demonstrare.

Sect. 1. aliquot certa et Doctorum sensus

1.o certum est non posse lumine naturali demonstrari futuram esse de facto visionem Dei ipsam, valde quod possibilitatem id posse ostendi. ita observavit Arrub. disp. 25. c. 2. initio ex illo 1. ad Chor. 2 n.o 9. sicut scriptum est (scilicet Isaiae 64 n.o 4) quod oculus non vidit, nec auris audivit

ait

ut neque in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se. quod probat ex Apostolo, quia sicut humana occulta nemini nisi spiritui ejusdem hominis spiritualia innotescunt, aut aliis hominibus ex ejus revelatione, ita id quod Deus facturus est nullus potest scire nisi spiritus Dei qui ejus profunda scrutatur. probatur iterum autem id potest colligi ex appetitu et desiderio beatitudinis quae in visione Dei consistit et non speraretur nisi supernaturaliter futura. item ex eo quod expectet ad Dei providentiam maxime justorum remunerandi quae non competenter nisi visione Dei dispensantur, praesertim cum in hac vita non consistat hominis beatitudo. denique ex eo quod Deus obiectum sit objectum intellectus. difficultas est de possibilitate visionis —

2º certum est non posse evidenter cognosci ut possibilem visionem Dei qua videatur Deus trinus et unus probatur nam si esset possibilis cognitio evidens talis visionis evidenter etiam constaret possibilem esse trinitatem quod falsum esse docui disp. 1. de incarnatione art. ult. o. pro sicut in eo articulo docui posse possibilitatem cognosci lumine naturali possibile esse mysterium Trinitatis, ita quoque posteritas tenendi possibilem esse visionem Dei ut trini. difficultas est de visione Dei ut est in se praecisa notitia de visione Trinitatis —

3º certum est probabiliter colligi ex principiis naturalibus per humanum naturale intellectum possibilem esse visionem Dei in se. ita DD. qui probant ex rationibus quas pro prima sententia sect. 3. afferentur. unum superest declarandum et evidenti notitia, an possit haberi per vires naturales de possibilitate visionis Dei ut est in se —

1a sententia docet demonstrabilem esse

possibilitas visionis Dei per dictamen naturale . ut Herrera
Scotus 4. dist. 49 q. 8 ubi non dicit aperte rationes ab se
allatas pro hac possibilitate esse demonstrativas. Habetur
q. 1. prologi dum docet Deum clare visum esse finem
ad quem naturaliter creatura inclinatur. quod etiam docent Du-
randus ibi et Soto ibi q. 1. et lib. 1. de natura et gratia
c. 4. Hanc etiam 1am sententiam docent Vasquez 1. 2. disp. 10
c. 2. Arrubal 1. p. disp. 55. c. 1. Antonius Perez circa
tertium scholastico dubio 3o no 3. P. Vasquez hanc
sententiam illum defendit ut clara in eo quod lumine fidei
instructa et in aliis; cui modo dicendi videtur adhaerere
Cajet. 1. p. q. 12 art. 1. et P. Suarez disp. 30 methaph.
sect. 11. Magister Perez aliter distinguit, ait non de-
monstrabile esse et evidens possibilem esse visionem Dei
ut est ipse abstrahendo ab hoc quod sit naturalis vel super-
naturalis quod sit Dei ut unius vel ut trini, quemadmodum
demonstrabile est Deum esse non cognito Deo ut authore
supernaturali — 2a sententia docet non posse naturali lumine obtineri
cognitionem evidentem possibilitatis visionis Dei ut est ipse
neque supposito lumine fidei neque independenter ab illo
ita docent expresse Ocam 4. q. 14 art. 2 Gabriel in sup-
plemento 4o dist. 49 q. 1. art. 3. dubio 2. Ferrara 3.
contra gentes c. 51 § quod videtur Cajetanus et Molina 1. p. q.
12 art. 1. Fonseca tho. 1. lib. 4 methaphisi. c. 1. q. 2.
sect. 5. Suarez disp. 30 methaph. sect. 11. no 50 et 1. p. lib.
2. de attributis c. 7 a no 7. ubi Alvelda disp. 14 sect.
2. Arriaga disp. 14 sect. 2. Herice disp. 39 c. 2. Li-
chetus q. 1. prologi ubi Herrera disp. 2. q. 2. et Ruiz

1. p.

p. controversia 1. art. 2. Medina 1. 2æ q. 5. art. 2. Vaz
Salas, Albertinus 2. disp. 28. sect. 4. Ægidius Tho. 2. lib. 12. q. 2.
art. 1. § 2. Curiel dubio uno, Martines dubio 3. Lorca
disp. 20 et Montesinos disp. 7 q. 1. —

Sectio 2ª eligitur Ut verior 1ª senda

Sit 1º nulla huc usque demonstratio evi
dens inventa est possibilitatis visionis Dei in se neque viribus
naturæ haberi potest talis demonstratio, modo supponatur lumen
fidei modo non supponatur. ita DD. allegati n. 3 lenis, quæ Ut plurimum recentioribus placet. —

Probatur 1º ex ratione D. Herice, nam neque
potest demonstrari a priori neque a posteriori ergo nullo modo
aliquo probatur, nam a priori demonstrantur res per causas; causæ
ad visionis sunt Deus Ut causa principalis et objectum, lumen
gloriæ Ut principium formale proximum et elevans intellectum et
ipse intellectus Ut principium elevatum. Licet sit evidens Deum
esse omnipotentem atque adeo efficere posse quidquid non implicat
contradictionem et ad id creandum elevare intellectum creatum
non tamen evidenter constat visionem beatam non implicare contra
dictionem cum rationes oppositæ 1ª illam art. præcedenti non solvantur
evidenter, neque etiam constat evidenter intellectum nostrum
elevabilem esse ad talem visionem, cum obscurum sit, quæ na
sit principium elevans et an detur necne species impressa et
an natura Divina se ipsa hoc munus possit supplere. —

Neque etiam a posteriori id potest demonstrari
re quia nullus effectus habet visio per quos demonstretur posse
dari. 2º quia non dantur aliæ similes operationes lumine na
turali aut supernaturali notæ, quæ evidenter inferant pos

sibilitas visionis Dei ut est in se nam cognitiones dei natura les et Angelorum quibus se ipsos et omnia creata comprehendunt cum terminentur ad obiecta naturalia astringunt ad inferendam possibilitatem cognitionis circa obiectum supernaturale praesertim adeo excellens ac est deus in se ipso. Ergo nec cognitio fidei et alii actus aut habitus supernaturales non ... possibilitatem ejusmodi visionis cum haec sint longe diversae rationis et perfectionis —

Probatur 2º nam visio Dei ut est in se est secundum entitatem supernaturalis. Ut deus, quem sequendum ... non potest evidenter eius possibilitas cognosci. Sequela probatur tunc exemplo aliorum rerum supernaturalium secundum entitatem tunc mysterii Trinitatis, Unionis Hypostaticae, gratiae sanctificantis et aliorum similium quae non possunt evidenter lumine naturali cognosci et neque visio beata quae nobilem locum inter entia supernaturalia obtinet; tunc etiam ex eo quod desit exemplum aut principium in natura, quod manuducat intellectum ad cognoscendum evidenter possibilem esse visionem Dei in se neque huic ... satisfit ab Antonio Perez asserente saltem ratione naturali colligi possibilitatem visionis Dei ut est in se abstrahendo ab illius supernaturalitate. nam ex hac abstractione difficilior cognitu redditur possibilitas visionis cum non ... non possit versari circa Deum ut est in se nisi sit supernaturalis, ablata sit non intellecta supernaturalitate impossibilis est talis visio et incognoscibilis est evidenter illius possibilitas. —

Neque lumen fidei ut Pater Vasquez asse rebat quod quamvis conducit ad eam possibilitatem evidenter cognoscendam namque ex eorum fide divina constet visionem

natu

hanc possibilem esse et existere, facillius quicunque in- ... qq possibilitas visionis Dei probare et ad alias novas investigandas indigemur, id quod nondum sufficit ad eam possibilitatem evidenter colligendam.

Probatur 3. nam veteres philosophi ut Plato et Arist. summo studio et intentione laborarunt, ut investigarent singula ... ut creature rationalis beatitudo est, quam recte nossent illius virtutes authores et vim nostri intellectus ad illum cognoscendum, nulli tamen venit in mentem Deum visibilem esse ut est in se per vires naturae, aut alias extraordinarias neque in tali visione beatitudinem summam collocare.

Probatur 4º namque ex variis DD. afferuntur demonstrationes huius veritatis, hinc ... quae non convincunt evidenter, quod impossibilis est demonstratio evidens de possibilitate visionis Dei, aliis ostenderi ... leg.

Sectio 3. quae obiiciuntur ad probandam hanc evidentiam

Obj. quod plures modo ... adversarii credunt evidenter demonstrari possibilitatem visionis Dei ut est in se. 1. traditur a S. Tho. 1. p. q. 12. art. 1. nam homo assequi suum ultimum finem et beatitudinem, ad hoc consistit in visione Dei, ... quod post illam assequi ... illa est possibilis. Consequentia est evidens et major, alias frustra ordinatus esset homo ad beatitudinem. minor quae est evidens ex ... sententia DD. sed haec ratio ... non generatur scientia evidens, quia major de possibili

bilitate assequutionis beatitudinis supernalis lumini-
naturae est ignota ea vero possita nondum est evidens
lumine naturae eam beatitudinem consistere in visio-
ne supernali aut visionem praesupponere, hoc enim sup
possita revelatione ut certum non ut evidens ab scho
lasticis conceditur ~

2a demonstratio ejusdem S. Tho. ibidem quae
valde urget utraque. nam homo naturaliter desiderat
assequi summum bonum quod assequi mediante visione beata
ergo ea visio possibilis est. antecedens per se est evidens et expe
rientia compertum. consequentia probatur evidenter quia id quod sexto instinc-
tu naturali desideramus possibile est, alias illud non appe
teremus ut asseruit S. Aug. tom. 7. lib. 4 contra Juli. c. 3
» non esset naturali instinctu immortales esse vellemus nisi esse
possemus ~ id neque autem est per se notum ut art. 3. et
4. expendemus cum non sit appetitus innatus ad quodpiam
supernaturale ex quo tamen intulit S. Aug. possibilitatem sed
esto sit ellicitus, cum hic quandoque fundetur in errore
circa possibilitatem objecti desiderati ex tali appetitu non infe
retur evidenter possibilitas objecti, ergo neque ex appetitu
ellicito visionis possibilitas illius, quod vero attinet ad S.
Augustinum ille loquitur de animae immortalitate, quam
colligit ex propensione naturali ad illam, at immorta
litas animae non est supernaturalis sicut visio beata ~

3a demonstratio scoti. objectum adaequatum
omnis intellectus est ens. et quidquid sub ente continetur; sed noster
intellectus non quiescit donec cognitionem perfectam assequatur

omnia

tia ostenta subente non solum secundum suae esse sed etiam secundum particularem, quia non quiescet donec videat Deum ut est in se, quod id est possibile. Confirmatur 2° demonstratione quia uti Pater Arrubal quia Deus stinetur intra spheram nostri intellectus quod saltem media elevatione poterit cognoscere Deum ut est in se. Confirmatur 3° nam potentie sensitive attingere possunt immediate et intuitive quidquid est intra latitudinem adequatam sui obiecti quod etiam potentia intellectiva hac ratione ut etiam docet Vas. S.

Sed nulla ex his demonstrationibus evidenter convincit non enim precipua ratio quia intellectus quiescet dum modo attingat quamcumque suum obiectum etiam perfectissimum licet non intuitive neque quidditative illud attingat quia non constat possibilem esse illum modum operandi perfectissimum dicitur licet ex eo Deus stineatur intra spheram obiecti nostri intellectus non sequitur quod possit a nostro intellectu comprehendi quia hic modus cognoscendi superat limitatam capacitatem intellectus. unde patet ad 2am confirmationem.

Ad 3am sensus externi propter imperfectionem eorum non nisi intuitive possunt sua obiecta attingere. hec autem cognitio ~~intuit~~ sensitiva dicitur intuitiva non quia penetrat quidditative obiectum sensibile sed quia immediate illud attingit dependenter ab illius existentia. ex quo non colligitur intellectum posse intuitive et quidditative versari circa Deum tum quia est obiectum supernaturale et summe perfectum tum quia ille est modus operandi perfectissimus. ex eo autem quod intellectus nobilitate excedat sensus externos non sequitur quod modum operandi eorum debeat imitari circa

qcumq. objum ergo ille modus operandi arguit imper-
fectionem: ergo species creata superior n. debet perfec-
tas inferioris in se formaliter continere

4o demonstr. qa quod contradictionem n. implicat debet concedi ut possibile visio Dei n. implicat ergo &c. major est evidens minor patet qa haec neque implicat ex parte divinae operationis quae infinita est, neque ex parte intellectus qui intra latitudinem sui objecti saltem media elevatione potest operari praesertim cum visio Dei non sit operatio infinita

R. esse non esse evidens visionem Dei n. implicare ex parte intellectus, nam quamvis visio sit operatio finita potest ter illius excellentiam intelligi posset superare capacitas intellectus creati, sicut de comprehensione dicitur debet

Urges nam saltem Angelus qui comprehendit naturam intellectus creati posset quoque omnes illius operationes atque adeo visionem Dei in intellectu comprehensio evidenter cognoscere. Negatur esse falsum qa ex comprehensione entis debent solum evidenter cognosci effectus qui ab illa connaliter procedunt

Art. 4.

Sitne in natura rationali appetitus innatus ad visionem Dei

Sectio 1a Status controversiae et quaestionis terminorum

1o appetitus alter dividitur in appetitum innatum et elicitum; elicitus est actus vitalis, qui elicitur ab appetitu vitali & rationali & sensitivo. Appetitus in

innatus et congenitus est propensio et capacitas aut potentia
quae inest congenita et innata alicui naturae a sua ge-
neratione, quin opus sit ad talem appetitum habendum, quod
prius operari. Dubium ergo est, an utrumque appetitum in
sit creaturis rationali ad habendam visionem beatam, de
elicito autem agemus in praesenti de innato.

Nota hic appetitus innatus et congenitus solet dici na-
turalis et 1° quia est a natura congenitus et non ratione alicujus
operationis a natura procedentis et 2° quia constat integra-
les et comprincipia naturalia, per quae possit satiari nam
quoties aliqua potentia se sola non potest ad actum suum reduci
nisi aliis comprincipiis concurrentibus, denominatur naturalis ex eorum
concursu, per quae reducenda est ad actum connaturalia sunt
et illi debita, et hoc pacto materia prima dicitur habere potentiam
naturalem ad formas naturales non item ad supernaturales et prae-
ternaturales. 3° de hoc appetitu innato loquuntur autho-
res cum analogia ad appetitum elicitum. Unde sicut hic
non propendet nisi tantum ad formas sibi convenientes, ita quoque
appetitus innatus. Praeterea sicut appetitus elicitus proprie est
actus desiderii, qui non fertur nisi ad bonum absens quod non possidet,
imo et ad id quod melius sit quam bonum possessum,
ita appetitus innatus secundum hanc analogiam non tenditur
neque consideratur nisi respectu formae aut perfectionis
quae non possidetur, et quae melior sit ea quae possidetur.

His positis difficultas praesens est de natura ra-
tionali an in illa sit appetitus innatus et naturalis ad visio-
nem Dei ut est in se. 1a sententia celebris absolute talem
appetitum concedit. ita Scotus q. 1. prologi § ad 3um et
lib. 4 Sententiarum dist. 49 q. 9. [illegible] 10 § de illo appetitu

Durandus dist. 49 q. 8 n. 8. ubi Paludanus q. 7 art. 1 conclusione 2 et 3a. Major q. 6 et 7. Astorga qu. 1 art. 1 et lib. 1 de natura et gratia c. 4. Mendoza q. 3 scholastica dubio 2. Bellarminus lib. de gratia primi hominis c. 7 ad 13. Valencia 1 2 disp. 1 q. 5 puncto 1 § quo dist. Antonius Perez cart. 5 scholastico dub. 1 et 2. et consequenter hi DD. existimant Deum respicientem creaturam rationalem ut finem supernaturalem.

Inter hos vero DD. huius est distinctione nam Scotus existimat hunc appetitum naturalem proxime sedere tantum in voluntate qua secundum Scotum solus voluntatis actus est assequutio ultimi finis. Durandus ex opposito probat putat in solo intellectu dari hunc appetitum, Scotus censet tam in intellectu quam in voluntate, in illo tanquam in subiecto formalis beatitudinis; in voluntate tanquam in affectu universali in ordine ad perfectionem substantiae totius suppositi. eos tamen reprehendunt alii DD. P. Erice referendus facile ad concordiam adducit.

Secunda sententia opposita negat in natura rationali hujusmodi appetitum naturalem, et solum ait concedendum esse obedientialem respectu visionis Dei, haec sententia est in schola Sancti Thomae; eam tuentur ejus discipuli Cajetanus 1 p. q. 12 art. 1 et q. 13 art. 8. Pater Molina q. 12 art. 1 disput. 3. ubi etiam Zumel dub. 3 et 3a et Zumel quaestione 2. 3 et 2a. Arrubal disput. 19 c. 2. Naharrete controversia 33 § 2. Alvarado disp. 24 sect. 2 n. 20. Herice disp. 3 c. 2. Medina 1. 2 q. 5 art. 8. Pater Vasquez 6 disp. 22 c. 1 et 2. Lorca disp. 39 membro 1. Montesinos disp. 7 q. 2

2°. Salas tt° 2. disp. 12, sect. 2. Lusitanus tho. 3.
in appendice q. 3. art. 4. Vasquez disp. 1. Pat. Suar.
lib. 2. de attributis c. 8. n° 4. Becanus 1. p. a. 1. q. 20.
Ledesma de Divina perf. q. 8 art. 3. et Recen-
tiores ut plurimum.

Medium inter has sententias extremas varijs modis
tenere conantur DD. Recentiores. Singulariter magister
Ferr. 3. contra gentes c. 51. § Et in proposito ita medium sta-
tuit docens in nobis dari appetitum naturalem ad videndum
Deum ut est author naturalis, non vero ut est author superna-
turalis.

Sectio 2. Propriam controversiam proponit

Sit 1° in natura rationali et suo modo in eius
potentijs dari appetitum innatum ad videndum Deum etiam ut
authorem supernaturalem, inquantum appetitus innatus dicit capa-
citatem et potentiam intrinsecam et essentialem; sed non dari appetitum
non modo naturalis sed solum obedientialis. 2a pars q. in natura
rationali detur appetitus innatus ut dicit potentiam et capacitatem
intrinsecam et essentialem, procul dubio tradit ac ab ... DD. ...
Seminarij et expresse a S. Tho. 1. p. q. 12. art. 1. in
corpore et locis supra referendis.

Probatur quia natura rationalis habet capacitatem intrinse-
cam et essentialem ad efficiendum et recipiendum visio-
nem claram Dei et amorem beatificum, natura in qua
radicalem potentiam; intellectus et voluntas proximam respectu
visionis et amoris ut late in hac materia stabilito, q. habet
appetitum innatum secundum eam acceptionem. Sequela proba-
tur nam appetitus innatus et essentialis nihil aliud est quam
potestas intrinseca et essentialis ad aliquid. Sed adhi

dendum Deum congenita est, haec potestas a natura. Est
quae essentialis modo explicato naturae rationalis et ejus poten-
tiis, quia in illis est appetitus innatus [illegible]. atque hoc intelligen-
dum est non solum respectu visionis Dei ut authoris natura-
lis sed etiam ut supernaturalis, nam visio ut talis efficitur quoque
et recipitur a natura rationali —

2a pars conclusionis quod talis appetitus potentiae seu ca-
pacitas non sit naturalis defenditur expresse a DD. 2ae sententiae
et forte plures alii non contradicent, traditur expresse a
S. Thoma q. 27 de verit. art. 2. corpore ubi docet
dat homini appetitum naturalem ad finem naturalem, qui finis
inquit est aliqua contemplatio divinorum qualis est homini possibi-
lis secundum facultatem naturae [illegible] sed est aliquis finis ad quem
homo praeparatur naturae humanae proportionem excedens et ad hunc
non se dat in hoc appetitum naturalem. et 1a 2ae q. 5 art. 8.
ubi inclinatio ad beatitudinem in communi non in particulari —

Probatur et ex descriptione appetitus naturalis quam
tradit S. Tho. 1. p. q. 19 art. 1 et q. 78 art. 1. ad
3um et q. 80 art. 1. appetitus naturalis est inclinatio
ad bonum sibi connaturale. Unde 3a p. q. 9 art. 1. ait
potentiam passivam naturalem non se extendere ad id quod transcen-
dit ordinem naturae, sed visio beata non est bonum connaturale
rationali naturae, sed potius supernaturale et indebitum, ergo respectu
illius non habet natura rationalis appetitum naturalem. major probatur
etiam ratione nam unio hypostatica et reliqua dona quae valde
perficiunt naturam rationalem et nihilominus quia illi connatura-
lia non sunt sed potius supra naturam, ideo non dicitur respectu
eorum natura habere appetitum naturalem. Est nam in natura

lapsa

lapsæ n' datr appetitus naralis q n' daretr in pura na
ra nam q° ad naralia hij status n' differunt; sed in pu
ra nara n' inclinaretr nara rationalis ad visionem
claram Dei, ergo neque in nara lapsa.

Probatr 2° nam appetitus et inclinatio nara
lis nil aliud est, quam pota naralis; diximus n. 1. parte
1. 9clusionis ex eo dici appetitum innatum, qa nara ingenitus
est illi quæ essentialis et intrinseca pota, sed in creatura n'
datr pota naralis ad videndum Deum ergo neque appetitus
naralis. Minor probatr nam si daretr pota naralis ad vide
dum Deum in nara, tali naræ deberentr ea præ 9naliâ
quæ requirentr ad videndum Deum; at neque lumen gloriæ
neque concursus essentiæ Divinæ per modum speciei debentur
9naraliter naræ cum sint quid supernale ergo in ea
n' est pota naralis ad visionem.

Major hujus discursus probatr 1° authoritate
Phij. 2° de generatione animalium c. 1. Ubi ait nara simul
et facultatem cujus dare et instrumenta quæ eam exercere valeat
et 2° de coelo c. 8 et hic ergo ex eo probat astra n' here vim
motricem a nara sine naralem qa n' hent instra quæ mo
veantr. probatr 2° inductione, nam materia ea n' datr here
formam naralem atque adeo neque appetitum naralem ad re
cipiendas formas quas n' potest ab agente narali 9nara
liter recipere. nara substantialis n' het potentiam naralem
ad unionem hypostaticam. tandem aliæ potentiæ naralesque
adeo sibi 9narales hent instrumenta et species naraliter præ
parata. probatr 3° ex ratione nam frustra vitis naralem
inbibisset nara si eodem jure non dedisset quæ requirentr
ad hoc ut redicatr ad actum; at nara nihil facit frus
tra ergo neque indidit naralem potentiam ad perfectis sufi.

nalem quam per spem sibi debita h[abe]t assequi.

3a pars conclusionis q[uod] in natura rationali detur appetitus obedientialis ad visionem supernalis Dei docent alii Recentiores vide Patrem Herice ea disp. 3, c. 2 nº 22. probatur et nam constat ex Tridentino sess. 6. c. 5. et canone 3. nostrum liberum arbitrium (idem dicendum de aliis potentiis) active et passive ad actus supernales concurrere q[uod] per aliquam potentiam et appetitum non naturalem ut probatum est neque etiam supernalem quia in natura rationali praecisso quovis dono superaddito, nihil datur formaliter supernale q[uod] per potentiam obedientialem.

2º nam S. August. lib. de praedestinatione Sanctorum c. 5. docet posse habere fidem sicut posse habere charitatem naturae est hominum quia sicut talis potentia intrinseca est et essentialis naturae ut in 1a p. conclusionis docui habere autem fidem quemadmodum et habere charitatem quae est fidelium q[uod] potentia illa quam S. August. agnoscit cum non sit naturalis neque supernalis debet esse obedientialis.

Probatur 3º nam ut dixi 1a p. conclusionis natura rationalis habet appetitum et potentiam essentialem et intrinsecam ad efficiendum et recipiendum visionem beatam non naturalem neque supernalem q[uod] obedientialem. Sequela patet quia nulla alia superest potentia. minor probatur nam ut dictum est in 2a parte conclusionis non potest esse naturalis ad hoc enim deberet connotare terminum et formam naturalia at lumen gloriae et influxus essentiae per modum speciei et ipsa visio non sunt connaturalia sed supernalia naturae rationali neque etiam ille appetitus est quispiam supernalis cum debitus sit et congenitus naturae q[uod] est potentia obedientialis, quae realiter sit idem cum naturali potentia. imo et

quia ad

quoad formalitatem intrinsecam ab ea non differat, differt tamen per conceptum explicitum qui mutat terminum et species supernaturalia quae non connotantur a potentia naturali, ut monui disp. 13. de incarnatione —

Dices praeter potentiam naturalem aut supernaturalem dari in natura potentiam neutram, quam docuit Scotus q. 2. prologi § adversus et alii 2. sententiarum dist. 2. q. 1. docuit Deus dari potentias in rebus scilicet naturalem violentam et neutram quod non necessario ex eorum natura naturalis non habeat potentiam naturalem neque supernaturalem sed tantum habeat obedientialem, sed neutram et aliam. — Verum Cajet. 1. p. q. 1. art. 1. § ad eam denique et Tho. 3. opusculorum 3. q. 1. contra eam divisionem impugnat et docet potentiam neutram esse naturalem et praeterea illam reddendam esse obedientialem ad opera ordinis supernaturalis quam modo nos explicuimus; neque necessaria videtur illa potentia neutra distincta a naturali et obedientiali —

Ex doctrina tradita infertur 1º neque medium ad inditum a Ferrara sufficiens esse neque hereditati hominum naturalem non datur appetitus naturalis ad videndum Deum ut est in se et in quantum est author naturalis: nam ut sic Deus est quoque entitatis supernaturalis ut patet; sed ut videatur in se et quidditative ac proportionate entitas supernaturalis necessaria est visio supernaturalis a Deo immediate causata absque adjutorio creaturae quod respectu talis visionis non datur appetitus naturalis —

Infertur 2º visionem beatam non esse finem naturalem hominis sed supernaturalem. ita expresse S. Tho. 1 citatis alium finem naturalem hominis assignans et 1a 2ae q. 109 art. 5 in corpore, et ad 3um ait vitam aeternam non esse finem eorum naturalem sed supernaturalem hominis, illius vires excedentem. ita

etiam D. Thom. relati 1a parte ... probat, non si esset finis naturalis hominis naturaliter posset homo illum assequi —

Infertur 3o appetitum dictum existere in substantia creaturae rationalis radicaliter et remote, proxime vero in intellectu tanquam in potentia proximo effectivo et receptivo visionis, in voluntate autem tanquam in causa appetitus elliciti, cui incumbit ea appetere, quae creaturae rationali sunt convenientia, et etiam tanquam in facultate quae per bona opera iuvat ad hunc finem obtinendum. 4o etiam partibus reliquis facultatis habent appetitum ad visionem tanquam ad formalem et praecipuam beatitudinem, unde ad illas etiam refundenda est accidentalis beatitudo.

Sectio 3a. Adversariorum argumenta dissolvuntur

Obiicies 1o S. Thom. qui ubique hunc appetitum naturalem visionis agnoscit. Ut 1. p. q. 12. art. 1. et in concordantibus ex eo, quod homines habeant appetitum videndi Deum, colligit visionem Dei esse possibilem, quod non potest intelligi de appetitu ellicito, sed de innato naturali. 2o quia si de ellicito loqueretur, non bene ex eo possibilitas visionis inferretur, nam etiam respectu obiecti impossibilis dari solet appetitus ellicitus, sed nunquam innatus. 3o quia appetitus ellicitus non inest omnibus; at docuit S. Tho. illum appetitum omnibus inesse. 3o quia saltem potentia voluntatis ad hunc appetitum ellicitum est appetitus innatus, et sicut ellicitus naturalis est secundum S. Tho. ita etiam innatus. 5o quia 1a 2ae q. 5. art. 8. non concedit omnibus appetitum ellicitum respectu beatitudinis in particulari, at hic art. 1. concedit, ergo agit

hic de innato. 5° quia S. Tho. 3° contra gentes c. 50 docet appetitum Angeli non quiescere in cognitione Dei per effectus donec perveniat ad visionem Dei in se ipso. Ergo quia habet appetitum innatum ad talem visionem, qui inquietum reddit Angelum donec assequatur bonum sic inquietum, et quiescat in ejus assequutione et possessione. Hic quia facilius est S. Tho. asserere accidentia supernaturalia, ut gratia, visionem naturae, quam naturam animae naturalis, ergo quia ad illa habet appetitum innatum. Antecedens patet ex S. Tho. 1. 2. q. 110. art. 2. et 3. parte q. 9. art. 2. ad quartum et q. 10 de veritate art. 3. ad 2um. quod etiam est ad mentem S. Augustini libro de praedestinatione sanctorum c. 5 ubi ait naturae esse hominum posse habere fidem et charitatem. Respondeo

Respondeo S. Thomam solum concedere appetitum elicitum et propendentem naturalem beatitudinis non innatum naturalem, et ideo ratio eodem illum explicat per desiderium, quod non potest appetitui innato competere. Ad 2um impugnationem respondeo ex appetitu elicito existente in omnibus respectu beatitudinis, ut hic recte inferri a S. Tho. possibilitatem visionis, quia appetitus ille elicitus naturalis est et necessario omnibus inest, atque adeo instar proprietatis attributae naturae, quae non inferret omnibus aut ferre omnibus tale desiderium nisi beatitudo esset possibilis. Ad 2um appetitus elicitus beatitudinis omnibus inest necessario saltem necessitate quoad specificationem, nam circa beatitudinem non possunt nisi per amorem operari, quod licet non omnibus inest sufficit ad salvandam loquutionem S. Thomae, ut fere omnibus insit. Ad 3um appetitus innatus voluntatis ad illa beatitudinem appetitum elicitum circa beatitudinem ut hic

naturalis est. sicut et appetitus ellicitus ad quem inclinat
ex quo non sequitur quod detur appetitus innatus naturalis res
pectu visionis, nam sicut appetitus ellicitus, ab hoc aut fere
ab omnibus non fertur ad visionem expressé, ita neque inna
tus naturalis, qui inest voluntati. Ad 4um neque hic neque
in 2ª S. Tho. concedit ab omnibus appetitum beatitudinis in
particulari, sed beatitudinis ut sic et utrobique tantum
ellicitum. Ad 5um appetitus ellicitus Angeli non quiescit
in cognitione Dei perfectus quae fieri potest, licet non detur de illo
appetitus innatus naturalis visionis Dei. Ad 6um Respondeo
S. Augustinum et S. Tho. ea dona quae tenentur secun
dum naturam, mea quae ad illam habet natura rationalis poten
tiam essentialem obedientialem secundum quam est capax
illorum, cum tamen aliae naturae irrationales non sint, eorum capaces.

Obj. 7º creaturae rationales etiam si Deum per
fectissime ex creaturis cognoscant adhuc non quiescunt sed
potius magna anxietate aspirant ad visionem Dei
ex illud S. Augustini tho. 1. lib. 1. confes. c. 1. fe
cisti nos Domine ad te et inquietum est cor nostrum donec
requiescat in te, quod signum est dari in natura rationali
appetitum naturalem ad talem visionem, atque probatur
nam si si dum daretur appetitus naturalis alicuius contempla
tionis Dei (in qua sita est beatitudo naturalis) illa obtenta
quiesceret creatura rationalis. Ut pote suo fine naturali ob
tento; sed non satiatur donec visionem Dei compareat et ea
obtenta plané satiatur, etiam si per impossibile careret
beatitudine naturali, ergo ad visionem beatam datur in natura
appetitus naturalis.

Respondeo appetitum naturalem quiescere obtenta
bea

beatitudine naturali. inquietudo autem et anxietas quae manet in hoc propter obtinenda Visione Dei, provenit ex appetitu obedientiali et ex naturali elicito, quo creaturae rationales perspicatiores aspirant ad meliorem et meliorem Dei cognitionem, neque quiescunt, donec Deum ut est in se intueantur ex quo etiam appetitu elicito naturali provenire posset quod neque quiesceret in Visione Dei inferioris beatorum sed ad meliorem possibilem aspiraret. quando autem possibilis beata Visio quiesceret et plene satiabit tam obedientialem quam naturalis appetitus meliore Visione Dei, quae non solum eminenter sed etiam formaliter praestat quidquid praestat contemplatio naturalis satiativa appetitus naturalis. ita pater Mol. 6. Sr. Arrubal c. 5. et Lorca c. 5. q. id explicant exemplo humanitatis Christi Domini cujus totius appetitus naturalis satiatur per subsistentiam increatam et similiter satiatur ipsa naturalis ad existendum in loco ubi supernatura ut notavi in quo physicorum.

Obj. 5° natura rationalis habet suum ultimum finem naturalem ad quem ordinatur sicut terra ad centrum ergo sed ille finis non est alius nisi Visio Dei quia ad illam habet innatum appetitum naturalem aliàs deterioris esset conditionis, quam reliquae creaturae, quae ad suos fines inclinantur. minor probatur nam quaelibet cognitio naturalis non satiat appetitum naturalem, quaelibet non datur possibilis est naturaliter alia perfectior et perfectior sine termino, quia possunt plures et plures perfectiores ac perfectiores creaturae divina natura cognoscere quod visio beata per quam plene satiabitur creatura rationalis est finis naturalis ultimus quem respicit per appetitum naturalem.

Resp. neg. minorem nam ut rebus. Tho. 9.

3 S. Th. verit. art. 2 citato finis naturalis est contemplatio veri divini, et cognitio Dei qualis potest ex creaturis ha- beri. putat V. P. Herice disp. 3 c. 3 nº 3 In quavis natura rationali finem ultimum naturalem esse cognitionem Dei evidentem qualem potest habere ex sua ipsius summa cognitione, quod etiam procedit in nostra anima in statu separationis, quamvis hanc rem merito putet esse incertam. Ad probationem minoris dico cognitio Deo perfecte ea cognitione, quae ex apprehensione propriae naturae potest haberi tali creaturae rationali impossibilem esse meliorem intensive cognitionem Dei naturalem (esto possit me- lior aut extensive aut materialiter haberi) nam cognitio Dei in natura inferiora apprehensa et in pluribus, non esset melior intensive. cognitio vero Dei habita ex cognitione supe- rioris creaturae ut ea, quam anima nostra haberet ex cogni- tione Angeli, non esset melior specifice, quam ea quam habet ex apprehensione sui, hujus enim modum ut pote clarius et melius cognitum melius quoque Deum manifestabit quam cognitio naturae superioris, quae non erit apprehensiva. quare semper manebit satiatus appetitus naturalis creaturae ra- tionalis per cognitionem Dei ex ejusdem creaturae apprehensi- one, adhuc posset desiderare deum cognoscere, aliis modis quos caret, non tamen ideo satiata non erit substantia- liter et intensive licet accidentaliter et extensive satiata non sit. hoc enim etiam videre licet in beatis, qui visione Dei sa- tiati censentur substantialiter, licet adhuc illis sit possibilis visio materialiter melior cujus defectum solum arguit non satiatam accidentaliter aut extensive eorum natu- ram capacitatem.

Ob. 4

Obj. 4. Stare potest appetitus naturalis ad aliquem effectum, licet non possit viribus naturalibus causari; ergo licet visio non possit causari per agentia naturalia, dabitur tamen ad illam appetitus naturalis. Ant. pluribus exemplis ostenditur. 1° materia habet appetitum naturalem ad animam rationalem, ut potest infundi in 1a generatione et resurrectione, et ut infusa fuit primis hominibus, licet ad ejus infusionem in iis eventibus requiratur virtus agentis divini et supernaturalis; habet etiam appetitum naturalem ad formas quas amisit et ad plures simul cum tamen non nisi ministerio agentium supernaturalium possint introduci. 2° homo in statu naturae lapsae non potest scire omnes veritates naturales neque efficere omne suum bonum morale cum tamen ad hoc totum habeat appetitum naturalem. 3° omnis natura appetit naturaliter suam perpetuitatem secundum Arist. secundo de generatione c. 10 et 2° de anima c. 4 cum tamen non omnis natura possit naturaliter perpetuo conservari —

Respondeo neg. ant. ad 1am probationem respondeo materiam habere appetitum naturalem ad animam rationalem recipiendam per generationem naturalem quae inducitur a Deo ut authore naturali. et quamvis anima secundum se possit naturaliter introduci in materiam, haec tamen non dicitur habere appetitum naturalem, sed solum obedientialem ad hoc ut illi reuniatur in resurrectione, sive absque dispositione successiva, sicut in corpora primorum parentum. Similiter non habet appetitum naturalem ad formas amissas sive ad plures simul recipiendas, licet habeat appetitum innatum idest potentiam intrinsecam et essentialem quas non potest materia eo modo recipere nisi ab agente supernaturaliter aut praeternaturaliter operante; et idem dicendum de natura rationali respectu visionis — Ad 2um ad id habet [illegible] natura

appetitum naturalem, quo saltem divisive potest naturaliter singulas veritates scire et singula opera moralia efficere. imo et plura simul collective; at nullo modo habet vires naturales ad visionem Dei. ad 3um dico appetunt suam conservationem, eam scilicet quae sibi naturalis est, id quod tamen plus intendit. solum hoc vero animus aut Angelus perpetuam durationem sibi debitam naturaliter appetit —

Art. 5.

AN possit dari appetitus ellicitus naturalis visionis Dei.

Sectio 1a quaedam facilitora praemittuntur —

1o vulgare est quod per appetitum ellicitum intelligatur nempe actus vitalis prosecutionis quo appetitus sensitivus vel voluntas bonum aliquod prosequitur. quaerimus ergo an detur hujusmodi actus prosecutionis naturalis, efficax aut inefficax quo visionem Dei # vel ex simplex desiderium

2o naturale in praesenti duobus modis potest accipi 1o prout opponitur supernaturali. 2o prout opponitur libero; nam sicut voluntas dicitur producere actus necessarios non tanquam voluntas, neque tanquam liberum arbitrium sed tanquam natura ut loquitur S. Tho. 1. p. q. 83. art. 4. et lib. 3. dist. 27 art. 2. quaestiuncula 3. corpore et ad 2um ita quoque ex hoc actus necessarii dicuntur naturales. cum autem duplex sit necessitas, alia quoad specificationem, alia quoad exercitium actus utroque modo actus voluntatis et appetitus elliciti potest dici naturalis et necessarius

3° quamvis per se loquendo appetitus ellicitus beatitudinis tam in communi quam in particulari sit liberus ad exercitium esset tamen naturalis et necessarius quoad specificationem patet namque dum nobis proponitur beatitudo, nihil est quod illum necessitet quoad exercitium ad illam amore prosequendam, cum non proponatur nobis ut summum bonum summe et necessario diligendum; et propterea experientia constat nos non semper persistere in amore beatitudinis, quod licet praesertim sit verum de amore beatitudinis in particulari, verificatur tamen, etiam in amore et prosequutione beatitudinis in communi a casu, quod amore plerumque cessamus in exercitio; cum hoc tamen discrimine quod libere desiderarent saltem aliquando beatitudinem in communi et propterea hoc desiderium censetur naturale congenitum ut late docet S. Aug. tho. 3. lib. 13 de trinit. c. 3. et segg. ubi c. 8. docet ad volendam beatitudinem naturam rapitur et tho. 9. lib. 10 de trinit. c. 1. et tho. 7 lib. 3. contra Juli. c. 3. ubi ait naturali instinctu beati esse volumus, ceterum multi ut possent ignorari beatitudinis in particulari eam appetitu elicito nunquam desiderant —

Quod autem appetitus ellicitus beatitudinis sit naturalis et necessarius quoad specificationem facile probatur nam tunc amatur aliquid necessario quoad specificationem quando non potest odio haberi, et eius amor potest in exercitio omitti sic se habet appetitus ellicitus beatitudinis ergo etc. minor probatur, nam in primis si sermo sit de amore beatitudinis ut sic, in illa non potest ulla ratio mali repraesentari, propter quam odio possit haberi, beatitudo enim et felicitas in quantum talis semper per apprehenditur ut bona et conveniens dicitur. si vero sermo sit de beatitudine in particulari scilicet de visione Dei quamvis repraesentetur ut quiddam arduum et difficile

ulle vero in primo statu et talibus in ipsis assequitur, oc
curentibus possit ab aliquo iniquo estimatore odio haberi; con
sequentur probatur ut vere est bona nobis et summe
conveniens non poterit odio haberi, sed necessario necesse quo ad
specificationem et summa appreciatione amabitur.
4° difficultas devolvitur ad appetitum ellicitum
naturalem ut opponitur supernaturali, an possit dari circa visio
nem beatificam supernaturalem in qua difficultate multiplex
alia involvitur, 1ª an circa visionem supernaturalem possit
dari amor naturalis, ita ut supernaturalitas objecti sit objectum
materiale tantum respectu amoris — 2ª ita ut ea supernaturalitas
sit etiam objectum formale respectu actus naturalis appetitus ellici
ti. 3ª an iste amor seu appetitus ellicitus visionis beatae
possit esse amor absolutus et efficax illius, vel solum inef
ficax —;
Igitur D.D. cum S. Tho. 1. p. q. 12 art. 1.
concedunt appetitum naturalem ellicitum viribus naturae circa visio
nem Dei ut est in se. eos late referunt et sequuntur ex
positores S. Thomae in eo art. sed inter illos magna est
diversitas in hujus sententiae defensione pater Vasquez
qui desiderium beatitudinis naturale secundum entitatem concedat
putat tamen sua propria illud non concipi absque speciali auxilio
gratiae per Christum ita docet 1a 2ae q. 112. art. 4. Tho
mistae vero qui concedunt idem desiderium naturale censent quod ante
illud praerequiri revelationem qua quis noverit possibilem esse visio
nem beatam. ita Cajetanus 1. p. q. 12. art. 1. § ad evidentiam.
Ferrara 3. contra gentes c. 51 § item quod. Cano relect.
de poenitentia parte 3. § postremo. Medina 1. 2ae q. 3.
art. 8. Soto 2° de natura et gratia c. 4 Banez circa 2. 2.
q. 24

24. art. 2. —

Aliter distinguunt alii DD. scilicet circa visionem Dei ut supernaturalis est vel in quantum est obiectum formale supernaturale versari non posse naturale illius desiderium, recte tamen circa visionem supernaturalem ut circa obiectum materiale ex motivo naturali. ita Arrub. 1. p. disp. 24 n° 22. ubi Aversa disp. 24 sect. 4. quamvis alii etiam circa visionem etiam ut est obiectum formale supernaturale ferri posse actum naturalem doceant. ita Lorca 1. 2ae disp. 9. de gratia et quando de Salas to. 1. tract. 2. disp. 12 sect. 8. n° 23. et tho. 2. tract. 11. disp. 6. sect. 2. n° 36 et sect. 10. Pega disp. 2. 2ae q. 5. art. 4 disp. una concl. 4 Lerice i. p. disp. 38 c. 2. n° 9 et Hurt. disp. 5 Metaph. sect. 5. concl. 3. —

Tandem circa efficaciam huius appetitus putant aliqui viribus naturae non posse elicii appetitum et desiderium efficax et absolutum visionis Dei ut est in se. ita Vasq. 1. p. q. 12 art. 1. dubio 2. concl. 2. ubi Zumel q. 2 concl. 1. Arrub. disp. 24 c. 5. et 6. Albelda disp. 24 sect. 2. concl. 3. Medina 1. 2ae q. 3. art. 8 concl. 3. Lorca to. disp. 5 membro 2° concl. 1. Lusitanus tho. 3. in appendice 1ae 3. art. 3. § 4 Suarez lib. 2 de gratia c. 13. n° 9. —

Alii vero existimant hunc appetitum posse esse efficacem ita S. Vasquez 1. 2ae disp. 22 c. 4 Pater Salas tract. 2 disp. 12. sect. 3. concl. 3. Lerice disp. 38 c. 6. n° ~~4~~ 45. et Perez tract. 5. dubio 3 —

Sectio 2. Dari posse desiderium efficax naturale visionis Dei etiamque revellat —

1.ª Dico. Seclusa revelatione existentiae aut possibilitatis visionis Dei ut est in se potest viribus naturae elici appetitus aut desiderium naturale talis visionis. Hanc docent Religiosi DD. praeter Thomistas relatos et facile probatur. Nam lumine naturali potest assequi saltem probabiliter possibilem esse visionem Dei in se ut art. 3. probatum est; et cognita tali possibilitate, et hujus objecti convenientia respectu hominis poterit ad illud affectari per vires naturae. quamvis supposita elevatione hominis ad finem supernaturalem, hic actus causabitur a Deo ex intentione finis supernaturalis per actionem respicientem talem finem ut conditionate et absolute futurum, ut DD. disp. 5. de praedestinatione, q. 1. art. 7. sect. 6. et 7.

2.ª Dico. Seclusa revelatione potest hic appetitus naturalis esse absolutus et efficax, ita Salas et Suarez relati, quamvis Thomistae et alii DD reclament. Ut autem constet quo pacto hic appetitus elici possit cum efficacia absoluta seclusa revelatione possibilitatis visionis, observa hominem absque tali revelatione duobus modis existimare posse visionem Dei sibi esse possibilem. 1º credendo per errorem Pelagianorum sibi esse possibilem per vires naturae; 2º absque errore credendo pertinere ad perfectam providentiam Dei ut si possibilis sit homini visio possibilia sint media sibi a Deo oblata et infallibiliter conferenda ad talis visionis adeptionem.

Hoc posito nullus dubitat quin possit homo elicere hujusmodi appetitum naturalem qui absolutus sit, id est qui feratur ad visionem Dei non expectata neque attenta ulla conditione pendente sed simul absolute decernens non

nendo & adhibendo media quae sibi credit possibilia
& quae credit fore in sua potestate & infallibiliter a
Deo conferenda esse ad visionem obtinendam, nam in hoc
appetitu elicito naturali hoc modo absoluto nulla est repug-
nantia ~

Quod 2° talis appetitus possit esse efficax probatur
nam illa volitio est efficax, quae si reipsa immediate
non producat et ponat effectum in re, id non requiritur ad rationem
volitionis efficacis creatae secundum omnes, ejus enim est iner-
gia, ut quantum est ex se possit ponere in effectu media
necessaria, per quae et alia postea adhibita tandem obtineatur
finis efficaciter volitus; sed volitio naturalis visionis beatae
potest esse ejusmodi ergo &c. Probatur minor nam virtute illius
volitionis si perseveraret posset adhibere omnia media, si
ea adhibere solum esset in ejus potestate, donec finem
visionis Dei sequeretur; neque cum illa volitione potest in volun-
tate consistere actus contrarius de non exercendis illis mediis, et
de non procuranda visione, quod signum est quod ille appetitus
naturalis visionis est efficax ~

In casu hujus conclusionis si procederet error in
intellectu putat Pater Ferrice Disp. 3a c. 6. n° 53.
efficaciam in tali actu voluntatis esse illi extrinsecam
denominative extrinseca a sua apprehensione, quod credit sibi
esse possibilem visionem per vires naturae. neque putat dari
posse efficaciam intrinsecam nisi tantum in volitione quae fer-
tur ad objectum vere existimatum possibile ~

Sed existimo etiam in casu falsae existimationis pos-
sibilitatis visionis dari efficaciam intrinsecam in actu
volitionis; nam existimatio vera et falsa non tribuit

neque adimit efficaciam actui intrinsecam; nam quod actus sit efficax nihil aliud est quam quod ita serio tendat ad objectum, ut medio illo nos adigat et determinat ad ea omnia quae putet conducere ad talis objecti assequutionem et effectionem, sed hanc serietatem et energiam habet actus voluntatis modo praecedat existimatio falsa modo non circa possibilitatem objecti, ergo efficacia hujus actus non est denominatio extrinseca ab existimatione falsa. minor probatur nam licet apprehensio sit falsa nihilominus videmus homines determinatos ab ea voluntate aut intentione conari serio, ad assequutionem illius quod intendunt, et adhibere media directa eodem modo quo adhibet, quando existimatio est vera, ergo in actu voluntatis est energia intrinseca quod talis conatus causatur, quod causante aliqua media (saltem per applicationem potentiae executivae) et quod causaret reliqua media nisi essent impossibilia; praesertim cum existimatio illa falsa vel alia ratione ad eum conatum concurrat nisi determinando voluntatem, ut actum eliciat a quo excitetur ad procurandam assequutionem illius objecti quod possibile existimatur — Dices frustra dabitur energia intrinseca et efficacia in actu voluntatis, cum non possit reduci ad actum obtento fine, cujus dicitur intentio efficax. Respondeo non plus dari talem virtutem intrinsecam illi actui voluntatis, nam licet non assequatur finem neque aliqua media, quae vere impossibilia sunt, assequitur tamen aliqua media, per quae putat talem finem assequi —

Sect. 3. data revelatione ordinis supernaturalis possibilis dari efficax volitio naturalis visionis Dei —

3a

3a pro: neque quoque certa revelat, di
cet visionem beatam obtineri n posse nisi per media
quae non omnino sunt in naturae viribus sed pendent ab auxi
lio gratiae; posset nihil ominus appetitu naturali elicito actu
vero et efficaci talem visionem desiderari. ita expre
ssit P. Vazquez. et Herice neque existimo hanc
efficaciam denegare in hoc desiderio naturali P. Arrubal
disp. 49 c. 5. dum ait hoc desiderium esse imperfectum,
nam ut ipse explicat solum excludit ab eo perfectionem
non efficaciam praesertim cum alibi ipse disp. 3. c. 6. n.
22 ostendat posse aliquem vere desiderium efficax
finis quem n possit obtinere absque aliorum industria dum
modo talem industriam oblatam et paratam esse sibi
praecognoscat. Probatur 1o nam voluntas naturali potest hoc
decernere efficaciter et absolute assensum praebere fidei
mysteriis sibi declaratis a parocho, cum tamen talis actus
futurus sit supernaturalis ergo etiam desiderare visionem beatam.
Probatur 2o nam satis probabilis est opinio quae asserit posse hominem
per vires naturales et actum dilectionis naturalis efficaciter
Deum vel saltem tempore diligere, et propositum vere
efficax naturale totam legem perpetuo observandi, cum tamen
tales actus sint circa obiectum supernaturale. Probatur 3o nam
sacerdos saepe efficaciter decernit actu naturali missam cele
brare, eucharistiam verbis consecrationis efficere, et hominem
media absolutione a peccatis liberare et gratia donare et
homo saepe desiderat efficaciter media confessione justi
ficationem obtinere; et tamen hi omnes effectus supernaturales sunt et
non nisi viribus supernaturalibus perficiendi ergo potest homo de

siderio naturali efficaci et absoluto visionem beatam ap-
petere.

Dices 1° eos actus non naturales esse sed supernaturales secundum entitatem. Sed contra est 1a confirmatio, nam sine fundamento sufficienti asseritur eos actus aliquos desiderii supernaturales esse. 2° contra est 2a confirmatio nam licet fortasse contra dicenda, ob ipsa supernaturalia possint dari aliqui desiderii proportionati et supernaturales quoad entitatem reducibiles ad alios habitus infusos, qui a D. Thoma recipiuntur ut monet P. Salazar tom. [illegible] c. [illegible] disp. 12 sect. 3. n° 24 sine 3a Vasquez qui eam supernaturalitatem in his actibus putant impossibilem. Caeterum cum non sint facile et sine fundamento entia concedenda supernaturalia nulla est ratio quare illi actus desiderii supernaturales entitative re ipsa concedantur.

3° contra est 3a confirmatio nam possunt dari illi actus desiderii (imo re ipsa ita plerumque contingit) eliciti ex aliquo pravo fine et habere aliquam admixtionem pravitatis aut malitiam admixtam; sed non possunt esse supernaturales, nam qui tales sunt, utpote ordinis divini et a Deo vel a particulari causa nihil malitiae possunt habere, ergo sunt entitative naturales contra oppositum supernaturale. Sed eodem pacto posset quis desiderare visionem beatam ex pravo fine et affectu ut in aliquorum opinione aliqui praevii desideraverunt atque adeo per actum entitative naturalem.

Dices 2° eos actus naturales efficaces esse contra talia dona supernaturalia quae a Deo data sunt in potestate naturae instrumentali per [illegible] etiam supernaturalibus ad eos effectus supernaturales efficiendos ut sacerdos caractere sacerdotali, et saltem habent permissionem divinam praestandi vires super-

naturales

nales ad talem eff.tus at si homo neque instructus est viribus supernalibus ad visionem beatam obtinendam neque talium virium habet determinatam promissionem

Sed 3a est 2a confirmatio nam si hoc sit de fide est et infallibile Deum ad futurum et vires praestiturum ad omnia media fidei, spei, charitatis, justificationis et perseverantiae quae necessaria sunt ad consequendam visionem beatam, poterit tuto propter praestationem harum virium oblatarum et promissionem efficaciter appetere beatitudinem supernalem, consequentia patet nam inaequaliens, quae in nostra sunt potestate, moraliter censentur per inde ac si essent nostra, atque adeo recte eas possumus efficaciter finem per eas et intendere ut recte Arrubal eadem disp. 67 c. 6. sicut Pater efficaciter decernit ut filius vacet studijs, et quilibet ad dictum finem intentione efficaci emendi, quae ab alijs vendenda sunt. ang. 2o probatur nam Deus dat nobis auxilium sufficiens, quo libere utantur, paratus est alia uberiora et specialiora ferre. quibus et justificentur, et perseverarent in gratia et tandem beatitudinem consequantur

Sectio. 4. arg.a contra efficaciam hujus appetitus

Obj. et in concilio Arausicano can. 5. et apud S. Aug. saepissime praesertim tho. 2. epist. 105. 106. et 107. damnantur Semipelagiani, qui asserebant ex nobis esse initium fidei, vel affectum credulitatis quo falso diximus posse nos velle efficaciter credere dari

R. concilium et S. Augustinum non damnare appetitum elicitum efficacem naturalem credendi et ...

dicit Deum neque illum judicare impossibilem sed solum damnare asserentes illud desiderium natu- rale quod ex parte nostra adhibemus esse initium fidei super- naturalis, cum scilicet fides debeatur tanquam dispositio- ni tanquam merito saltem congruo ut monuimus disp. 5. de praedest. q. 1. art. 2. et 3. quod si neutro ex his modis illi desiderio naturali debeatur fides, id solum quod non contingit ante excitationem supernaturalem, quae frequenter nobis adest, et a Deo sine nobis libere occurrentibus non debet damnari neque judicari impossibile illud desiderium naturale beatitudinis.

Obj. 2o. Ut appetitus ellicitus naturalis visionis Dei seu desiderium sit efficax et absolutum opus est ut praesupponat in se efficaciam seu illam introducere habeat ad producendum actus supernaturales, quae praerequiruntur ad assequendum visionem scilicet fidei spei charitatis et visionis etc. sed neutrum est falsum ergo illud ex quo sequitur se- quela manifesta est nam qui vult efficaciter et absolute aliquem finem, virtualiter vult media, quae requiruntur ad talem finem ergo qui vult efficaciter visionem Dei virtualiter vult actus illos salutis. quod autem hoc sit falsum probatur 2o nam si illa efficacia esset physica seu moralis tamen non physica, nam incredibile et plane absurdum est quod actus natu- ralis possit in aliquo genere physice causare tot et tam nobiles actus supernaturales, neque etiam esset efficacia moralis nam alienum est a sana doctrina quod possit Deus moveri ab actu naturali ad tribuendos eos actus supernaturales ergo nullo modo datur efficacia in illo desiderio visionis beatae.

Si dicas neutro ex his modis habere efficaciam illud naturale desiderium, sed quatenus suppositum gratiae et actuali et habituali applicat potentias intellectum scilicet et voluntatem ad actus supernaturales. Contra est 2a confirmatio nam licet dispositio ex parte intellectus sit tamen applicatio obiectorum supernaturalium ut voluntas operetur supernaturaliter, nihilominus non intelligitur proportionata et sufficiens ea applicatio, quando fit per actum naturalem ergo ut hoc desiderium beatitudinis applicet potentias ad actus supernaturales efficiendos debet esse supernaturale nec potest esse naturale. Contra est 2a confirmatio nam si hoc desiderium applicaret intellectum ad credendum frustra exigeretur pia affectio supernaturalis ad actum fidei, et aliae conditiones ad alios actus supernaturales ergo desiderium naturale non habet efficaciam neque per modum applicationis —

Ad argumentum respondeo desiderium illud efficax naturale habere efficaciam ad omnia media etiam supernaturalia adhibendum ad consequutionem visionis, non in genere causae efficientis aut alterius principii (licet possit elevari a Deo ut instrumentum ad actus supernaturales efficiendos) neque in genere causae moralis meritoriae aut alterius moventis Deum ad illos actus infundendos, ut fuit assertum Magistralium sed in genere causae operativae principii applicantis potentias ad operandum, quod genus causalitatis dicitur etiam morale efficiens sicut qui dat consilium dicitur causa moralis efficiens. Hoc ergo modo concurrit tale desiderium visionis beatae quatenus excitat et adigit per imperium suum voluntatem reliquas potentias ad operandum et naturaliter et supernaturaliter

Quare ad utramque confirmationem respondeo propositionem

objecti supernaturalis debere esse supernaturale ut volun
tas possit supernaturaliter operari, naturale vero esse sim
pliciter inordinatam et insufficientem; ad hanc vero applicatur,
a nobis explicatam faciendam sufficit actus naturalis.
Disparitas est fundata in magna dependentia et
conexione actuum voluntatis supernaturalium cum propositione
intellectus, sine qua nullo modo potest voluntas circa suum
objectum operari, at vero hoc desiderium efficax naturale
non est quod ipsam requisitum essentialiter ut homo credat
speret aut diligat sicut oportet, nam sine tali deside
rio potest homo eos actus supernaturales ellicere, licet ex suppositione
quod illud desiderium exstat juvet maxime pias ad spe
randum media excitat, et applicat ad dictos actus quia
applicans a quo non pendet necessario effectus supernaturalis
non est necessario supernaturalis sed potest esse supernaturalis, sicut
consilium quo aliquis efficaciter moveret alterum ad ellicien
dum actum charitatis non necessario debet esse supernaturale
at vero supernaturalis debet esse actus applicans si non possit
sine illo actus supernaturalis ellici —

Ad 2um confirmationis Respondeo hunc appetitum ellici
tum, quantumvis efficacem praesupponere semper ne
cessario requisita ad actus supernaturales ad quos applicat
potentias atque adeo ad actum fidei praesupponere
non solum gratiam excitantem praevenientem sed etiam pias
affectus et reliqua quae ad fidem et alios actus super
naturales necessario requiruntur cum supponamus illum appetitum
ellicitum non esse necessario requisitum ad actus illos super
naturales —

Sect

Sect. 9. an hic appetitus ellicitus attingat objectum supernaturale in quantum supernaturale ?

Doctores qui dicunt in nobis possibilem esse appetitum ellicitum ~~super~~ naturalem visionis beatæ non distantem quod talis appetitus habet pro objecto saltem materiali visionem supernaturalem, et cum circa hoc objectum possibilis sit et fortasse detur de facto actus supernaturalis secundum entitatem ut actus spei, et alius aliud desiderium supernaturale, superest expendere in quo nam illi duo actus distinguantur cum versentur circa idem objectum supernaturale. Ipse circa P. Arrubal, Magister Aguena ... et Zapata 1. p. q. 12 art. 1. dub. 1. n° ... et alii existimant appetitum naturalem visionis beatæ solum respicere illam tanquam objectum materiale non tamen ut supernaturalis est quia hæc ratio formalis objectiva actibus supernaturalibus reservatur, eandem doctrinam in aliis actibus naturalibus respectu objecti supernaturalis, et in supernaturalibus respectu naturalis objecti docent non pauci neque ignobiles DD. Medina 1. 2. q. 62 art. 2. dubio 2. Zumel ... q. 109 art. 1. disp. 1. sect. 1. P. Vasquez tho. 2 disp. 195 c. 2. et 3. P. Suarez tho. 1. de gratia lib. 2 c. 11. et 3. p. tho. 4. disp. 3. sect. 6. n° 9. ... lib. 1. p. ... 2. c. 7 n° 9 Alvarez lib. 6. de auxiliis disp. 49 anc. 3. et 4. et disp. 51. sect. 3. Torres a. 2. ... p. 61. dubio 4. § dicendum est —

Sed ego nunquam dubitavi posse actum

nale, et improportionate versari circa objectum supernale
ut tale, quin ex parte objecti attingat quasi in actu
signato quippiam diversum, plus vel aut minus, quam
attingat actus supernalis ut objectum formale. Et neque
per medio appetitu elicito naturali potest attingi visio beata
ut supernalis, esto ut talis non sit specificativum forma
le actus naturalis, de quo in responsione ad 1am. Et 2a tamen per
credidi posse versari actum supernalis circa objectum natura
le ut tale quin ex parte objecti attingat quippiam superna
le aut aliquid diversum plus aut minus, quam in actu sig
nato attingat actus naturalis, esto objectum naturale ut tale
non sit specificativum formale ultimatum actus supernalis. Haec
doctrina ad plures difficultates theologicas valde necessaria
ex professo examinatur 1a 2ae materia de habitibus et virtu
tibus et in presenti accurate discutiatur a Herice
disp. 38 c. 4 et 5. Ante tamen veritas est attingenda estque
[illegible] dictis a me disp. 13 de poenitentia art. 2. et tra
[illegible] expresse a P. Legio disp. de auxiliis c. 10 n. 4. et
a Magistro Lorca. Salas. Hurtado et Herice
sect. 2. relatis.

Quod vero possit actu naturali attingi objectum sup
nale atque adeo visio beata secundum ultimam rationem su
pernalis probatur 1o a priori nam posita cognitione natura
li visionis Dei ut supernalis et judicata conveniente
secundum rationem supernalis nihil obstat quominus appeti possit
ut talis desiderio naturali. Et 2a ans probatur nam pro
posito naturalis objecti supernalis per intellectum sufficiens
est ad hoc ut elliciatur appetitus naturalis, et insufficiens
est ad actum supernalem. Deinde visio etiam in quantum

su

supernalis sufficit determinare actum naturalem volu
tatis sicut et naturalem intellectus et tandem ratione
perfectionis supernalis et superioris sicut potest causare
et specificare actum supernalem, ita etiam poterit causare
naturalem, virtus enim causativa in genere objecti, quae suf
ficit ad actum meliorem sufficit etiam ad imperfectiorem
et sicut potest mensurare et capere actum perfectio
rem potest etiam mensurare inferiorem, quod objectum supernale
ut tale potest attingi per actum naturalem; patet nam Deus
magis distat in ratione entis a visione creata, quam visio
beata in quantum supernalis ab appetitu entis naturali
sed distantia entis divini non obest quominus possit spe
cificare visionem adeo aeque distantem quod visio ipsa ut su
pernalis potest determinare appetitum naturalem sibi minus
distantem.

Patet 2° nam ex objecti supernalis excellentia
solum colligitur non tribuatur ab illo dicta perfectio
quam potest in genere objecti motivi actui voluntatis natura
li, sicut eam tribuit actui supernali quod licet actus naturalis
improportionatus et imperfectus evadat, poterit tamen ab objecto
supernali determinari. Atque probatur nam ex causae supra
naturalis efficientis infinita excellentia non colligitur quod non
possit causare effectus naturales, sed solum quod in istis causandis
Deus non impendat suam omnem perfectionem et virtutem
causativam. Sed tamen magis ad rem medium scilicet lumen
evidens vel supernale ipse effectu applicationis per cog
nitionem bonitatis Dei, sed alio modo non determinat ad actus
evidentem sed supernalem quod objectum formale supernale de
fectu proportionatae et supernalis applicationis, non de

terminabit ad actus supernales sed solum naturales.

V.° multo minus visioni increatae potest [illegible] sere immanentia; et informatio et vnio respectu subst.ª creatae. nam si talis vnio realis [illegible] deret, inter visione increata et subst.ª creata im mediate et mediante intellectu; neutrum horu est possibile, n. illius [illegible] vnio operationis vitalis debet esse cum intellectu [illegible], alias [illegible] n. videbit in [illegible] sicut anima [illegible], vel minus mediate, [illegible] intellectione Diuina non redderis per illam intel ligens; itaque intellectus ex eo q.d n. miscet immediate se cum intellectu increato; praeterea cum ipsa subst.ª viuente n. possit vniri non n. vnire ad sui eandem vnione per se cum utraque subst.ª ipse sa sit, neque ad sui eandem vnione per accidens cum vtrumque extremu eo vno q.d substantiale [illegible]

ex-

Ex quo c. dixi disp. 6. de incarnat. non posse naturam creatam uniri cum aliquo predicato Dei absoluto, neque etiam cum personali Dei seclusa unione increata, uniendo esse immediate cum intellectu qui est accidens, sed etiam unio multo magis esse chymerica, nam cum intellectu non posset uniri per unionem substantialem ut patet quia alterum extremum est accidentale, atque nullo modo substantialis potest supponi pendere, neque etiam per accidentalem nulla enim hujusmodi est excogitabilis praeter inhaerentiam aut unionem terminativam quarum nulla potest competere visioni increatae quae substantialis est, siquidem non potest Dei terminata cum intellectu creato, neque illi inhaerens, neque intellectus ut visionem possit tali visioni inhaerere. ex quo c. receptissimam esse inter theologos doctrinam dicta disp. 6. de incarnatione nihil divinum posse uniri immediate cum aliquo accidente creato, quia non est excogitabile, qua unione possit absque imperfectione cum accidenti connecti.

Sectio 3. oppositiones a doctrina tradita ubi quem gradum certitudinis habeat

Obj. 1.º ut aliquis denominetur videns per operationem vitalem, non opus est ut haec ab illo procedat sed sufficit ut respectu illius mere passive se habeat; ergo etiam si visio beata non procedat ab intellectu beati, adhuc poterit illum denominare videntem. Antecedens est verum vel saltem est probabile, nam ita docent recipi et tangere in intellectu beati respectu visionis creatae, Durandus, Scotus, Olanus, Paludanus, Gabriel, Marsilius, Rubion et Almaynus, quos disp. 2. retulerant

Et in casu quo lumen gloriae poneret aliquid in intelectu mere pas-
sive teneat respectu visionis beatae. idem tenent Vazq.
Valencia, Vasquez, Suarez, Cajetanus, Albertinus, Curiel
Montesinos, Rubio, Hurtado et alii DD. referendi

Dico 3º quamvis illud absolute sit possibile in ordine ad
operationes vitales connaturales et proportionatas respectu intelectus
vel alterius potentiae vitalis, cuius oppositum est verum et asser-
tum ab aliis pluribus doctoribus et DD. referendis; nullam
tamen speciem possibilitatis habet in aliis operationibus, quae nullo pac-
to sunt proportionatae aut naturales, id est connaturaliter postu-
lantes tale principium vitale cum respectu illarum, neque per
illas tanquam per actiones grammaticales et operationes ipsius
non dicatur se movere aut vivere principium vitale. Et
ideo intelectus creatus non poterit vivere aut videre per
visionem increatam quamvis sit possibile quod possit videre
per visionem creatam a Deo sibi infusam et illi inhaerentem
et unitam, quia unio et inhaesio impossibilis est visionis increa-
tae respectu intelectus creati —

Dico 4º quamvis visio increata non informet intelec-
tum creatum adhuc propter eius eminentiam posset illum deno-
minare videntem. Probatur 1ª. Nam sicut essentia
divina licet non informet, sed solum assistat, dicitur uniri cum
intelectu creato per modum speciei intelligibilis, itaque
visio increata. Probatur 2º nam absque informatione
poterit uniri sicut unitur subsistentia increata. Probatur 3º na
poterit uniri cum intelectu creato per unionem nec substan-
tialem nec accidentalem, quae licet non sit in specie aut genere
aliarum, quae de facto dantur, non tamen id circo censenda
est impossibilis sicut non censetur impossibilis unio hypostati-
ca

ca. R. neg. ans. ad 2um pbat. R. essentiam divinam uniri posse per modum spei, qa id non prestatur media unione vera reali, sed per assistentiam et presentiam Divinę essentię, quę absque unione reali (et hęc secundum legem ordinariam in speciebus intentionalibus requiratur) potest determinare intellectum, qa id prestat in genere efficientis; at vero visio increata cum non alio modo reddat videntem nisi in genere quasi causę formalis intellectum intrinsece denominando postulat semper unionem realem ad denominandum videntem. Ad 3um pbatum R. esto non requireretur propria informatio, qd pertineat ad questionem de nomine saltem requiretur propria unio sicut requiritur ad hoc ut subsistentia increata reddat subsistentem. Ad 3um pbat. cum unio hypostatica intercedat inter substantias quarum una est incompleta et perficitur per subsistentiam increatam, non difficile intelligitur eam non implicare contradictionem; at vero unio inter substantiam completam et intellectum creatum videtur omnino impossibilis, cum ordinetur ad hoc ut ipsa accidentalis intellectus denominetur intrinsece per increatam visionem substantialem.

§. 3o plura diuntur de visione beatifica, quę non possunt spectare nisi visioni increatę (et Dr. ans.) pbatur 1o, nam ecclesiastici 1o dicitur omnis sapientia a Deo Dno est et cum eo fuit semper et erit. vero Joannis 17 dicitur hęc est vita ęterna ut cognoscant te &a. esse autem ęternum proprium est solius visionis increatę. 3o S. August. tho. 3o lib. 1. de Trinit. c. vlt. docet beatos videre Deum secundum illam visionem qua Deus

bonum est scilicet increata. 5. Idem docet visionem esse summum bonum quod non fuerit creatum. 5°. S. August. tho. 3° lib. 8. de genesi ad lit. c. 27 docet, Deum per suam substantiam proloqui loquutionem Angelis. at loquutio Angelorum cum Deo fit per visionem beatam. 6. S. Boetius lib. 3. de consolat. prosa 10. ait necesse est fateri Deum esse ipsam beatitudinem. 7° plures sunt implicationes in eo quod visio Dei sit aliquid creatum et est aliquid increatum.

Sed neg. ans. ad 1m probat. Respondeo ibi sermonem esse de sapientia ut abstrahit a creata et increata illa n. a Deo est participata et in Deo est Dta ad 2m visio creata dicitur eterna vita quia nobis confert immortalitatem. Ad 3. visio creata est id bonum quo Deus est nobis bonus et quo bonitatem suam in nos manifestat. Ad 4um visio beata est summum bonum ut quo id est id quo acquirimus summum bonum increatum. ad 5am Deus loquitur cum Angelis per suam substantiam idest nulla alia interposita persona relicta tamen media visione creata. Ad 6. Deus est nostra beatitudo objectiva scilicet non formalis, est visio creata. Ad 7am non repugnare visionem esse quid creatum art. 2. ostendetur.

59. Ut his fundamentis saltem efficaciter probabile quod non implicet videri Deum a beatis media visione increata quod dicunt aliqui contra nam Egydius et Curiel putant satis probabiliter implicantias, quae a nobis oppositae sunt. et Magister Cabrera putat hanc oppositionem non esse conclusionis sit falsam non tamen temerariam

et

et alii Recentiores id ut probabile defendunt.

Ac me nunquam adduci potuisse ut crederem sententiam quae asserit possibile esse per potentiam absolutam substantiam creatam videre per visionem increatam esse probabilem aut liberam a nota temeritatis, quare illam censeo temerariam, imo et periculosam in fide. 1um censeo quia dum seculis ab omnibus DD. id fuerit existimatum impossibile temerarius esset, qui primus sententiam id putaret possibile neque viget authoritas illorum Doctorum qui cum formidine conati sunt oppositas rationes implicationis dissolvere. Dixi vero id esse periculosum in fide, nam cum S. Leo et S. Agatho Pontifices adeo diserte testentur esse omnino impossibile quod una natura per alienam naturam, propriam videlicet divinis operationis increatae aliqualiter vivat et operetur periculo errandi se exponit, qui contra tantorum Pontificum sententiam (etsi non prolatam per modum definitionis) opinetur.

Art. 2us

An visio beata sit aliquid creatum et cujus praedicamenti.

Dico 1. visio beata est ens reale creatum ut DD. omnes scholastici neque potest absque periculo erroris negari colligitur evidenter ex DD. art. praecedenti, nam visio, qua beati Deum intuentur, non est visio increata qua Deus se ipsum comprehendit ut art. 1o probatum est neque est ullum aliud praedicatum divinum ut evidens est quod est ens creatum cum non sit medium inter ens creatum aut increatum.

Obj. impli[...] beati media visione increata beantur ergo illa non est aliquid creatum. Antecedens probatur 1°. nam beatitudo nostra est summum bonum nostrum at visio creata non potest esse summum bonum. 2°. nam daretur visio et esset finita et infinita, non 2um quia id repugnat rationi creatae visionis neque posset esse tamen finita ergo verssaretur circa obiectum infinitum; ergo est praemium meriti infiniti in Christo homine. 3°. nam si daretur visio homines aut Angelos bearet, idque quoque praestaret, si cogitarem Deum absentem, nam absente obiecto non est impossibile quod in potentia visio perseveret. illud autem est impossibile nam si non sit praesens summum bonum neque eum possidebit a beatis ergo visio creata perseverans non est illorum beatitudo.

Resp. neg. antecedens. Ad 1am probationem dico visionem creatam esse summum bonum ut quo idest operationem qua summum bonum Deum scilicet sequimur quod non pugnat cum ratione visionis creatae. Ad 2am probationem dico visionem dei esse quodam simpliciter finitam ex cuius finitudine nullum sequitur inconveniens. ad illud quod obiicitur meritum infinitum Christi Domini non re[...] praemio condigno et aequali dico nullum dari meritum infinitum nisi in Christo homine, quia medio illo non promeruit visionem beatam, quae illi absque meritis a 1° instanti conceptionis indita fuit; aliorum vero visiones meruit sicut et alia dona gratiae, quae si sint praemium finitum nullatenus injuria merito Christi Domini infinito illa[...] fuit, quia ipse ad praemium infinitum impetrandum

in

in actu 2°, meritaque non dixerit de quo disp. 2. et
3. de incarnat. Ad 3m [illegible] implicat ut absens
a Deo perseveraret illius visio, sicut est impossibile
quod Deus sit absens respectu beati illum videntis, cum
sit immensus et necessario existens ubique et per visionem
non sit talis repraesentetur; quare ex eo quod detur
visio creata Dei, non sequitur quod possit beare absque
a Deo. Dico 2°

Dico 2° visio beata est accidens reducibile
ad genus illius qualitatis in 2a et 3a illius specie. haec conclusio constat
ex dictis a me 3° physicorum disp. 5 art. 2. et disp. 3. de anima
art. 1. dum agerem universaliter de nostris actibus vitalibus
et 1° quod visio haec sit accidens et non quoddam substan-
tiale supponitur ab aliis doctoribus [illegible] recentioribus et
exprimitur ab Aegydio Lusitano q. 2 theol. [illegible] de
beatitudine q. 2 art. 1. probatur tamen praeterea quia
et forma nihil dat substantiale in composito nisi dico
aut tres modos substantiales scilicet unio subsistentia et
existentia si haec realiter distinguantur; sed visio Dei neque
est forma scilicet anima seu illius operatio neque est materia
ut patet, neque est ullus modus substantialis naturalis cum
sit quoddam supernaturale, denique non est quoddam substan-
tiale supernaturale nihil enim substantiale datur quod sit su-
pernaturale nisi modus unionis ex quo dicendus suppono et non est
excogitabilis modus substantialis, quod sit visio cum haec
sit operatio substantiae intellectualis, quae operatio secundum suam es-
sentiam est quoddam accidentale. neque etiam potest esse
unio substantialis intellectus cum Deo, cum beatus non
unitur cum Deo physice et realiter mediante visione

et sit impossibilis modus unionis inter Deum et creaturam, quod non sit hypostaticus, quod visio beata nihil substantiale est, ideoque solum accidentale. Deinde non est actio videns, quod distinguentibus cum repertiatur in substantiis spiritualibus quantitatis expertis, neque est ubi, neque quando, neque situs aut habitus, ut patet. Praeterea non est relatio, nam licet respectum transcendentale dicat ad obiectum visum, et ad potentiam videntem, ex quo tamen ipso non est essentialiter relatio praedicamentalis, quod illa fundet. nec non est accidens cuius totum esse est ad aliud esse, id est quod non habet aliud munus nisi terminum respicere, sed visio beata gerit aliud munus, scilicet repraesentandi obiectum increatum, et reddendi intellectum videntem Deum, quod non est relatio praedicamentalis.

Tandem non est actio neque passio, de passione id constat interolege, quod non consistat formaliter in sola actione docent expresse Scotus, Henricus, Durandus, Herbeus, Olamus, et plures eorum discipuli. Item Capreolus, Cajetanus, Soncinas, Ferrarius, Zabella et alii, quos late referunt et sequuntur P. Mol. 1. p. q. 12. art. 1. disp. 2. et 3. Suarez disp. 48 methaph. sect. 2. et lib. 2. de attributis c. 11. n.° 7. Vazquez 1. p. disp. 38. c. 2. n.° 5. Ubi Arrubal disp. 4. c. 3. et 4. Herice disp. 42. c. 5. n.° 34. Pater Aegidius q. 22. art. 2. dub. 3. et seq. Aegidius Lusitanus 1. 2. Tho. 1. lib. 4 de beatitudine q. 4. art. 4. Rub. lib. 3. de anima, sive de eius intellectu q. 3. assert. 2. Hurtado disp. 26. methaph. tota sect. 3. a 5 decimo, et Recentiores iuter quamdiu oppositum docuant Recentiores Thomistae ut P. Velda

2.

1. p. dis. 25 n.° 49 et alij.

Probatur 1. ex S. August.° S. Tho. et alijs quos immerito ij sibi semper vendicant Thomistae oppositae semper DD. S. August. tho. 3. lib. 9. de trinitate c. 12 docet in quolibet cognoscente dari notitiam obiecti factam ab intellectu. Ubi notitiam distinguit ab actione et actione illius. Deinde August. agens de actibus vitalibus 3. de anima text. 28 sic ait alia est iste species motus (loquitur de sensatione et alijs actibus) motus n. actus erat imperfecti (scilicet per modum actionis et tendentis ad terminum) simpliciter autem actus, qui perfecti est, alius est. Sentire igitur D.r docet actum vitalem esse quendam terminum perfectum in ratione actus distinctum ab actione et motu ut ex illo observant S. Thom. 1. p. q. 18 art. 1. corpore. Idem est in hac veritate S. Tho. opusc. 48 tr. 5. c. 2. ait scire ad scibile, et sensus ad sensibile est in 2.a specie qualitatis et c. 3. intelligere et sentire sunt actiones immanentes, haec autem actio immanens non est in praedicam.to actionis et 1.a p. q. 27 q. art. 1. ad 3.um intelligere importat solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam in qua nulla ratio originis importatur.

Probatur 2.o ex verbis 2.a nam visio Dei ut est in se habet praedicata omnino diversa ab actione quae non pertinent ad praedicam.tum actionis. Antecedens probatur nam actionis munus est quodam modo per modum viae extendentis ad aliquem terminum productum, sed visio non est modus cum possit a diversis principijs fieri invariata manens. Deinde me[...] illa intellectus beati nihil aliud ea distinctum producat

tandem media illa formaliter intuetur, et cum o-
hoc illi repraesentatur quod receptio est omnino distincta a
repraesentatione et visio Dei non est actio.

Dices media hoc actu intellectum beatum age-
re et efficere nonque terminum distinctum sed ipsam
visionem ex quo sortitur rationem actionis. Sed contra est quia ratio-
nem ut aliquid dicatur actio collocanda in praedicamento
actionis, non sufficit quod identificetur cum actione; nam
passio identificatur cum actione et tamen non ponitur in ejus
praedicamento ergo repraesentatio Dei ut est in se iden-
tificaretur cum actu quo producitur, ut plures DD. censent
omnem actionem identificari cum termino et Pater
Henrice id docet specialiter de actione immanente
non tamen propterea in praedicamento actionis visio collocanda
foret; sed inquantum est fieri expectaret ad praedicamentum
actionis, et inquantum repraesentatio ad praedicamentum
qualitatis. Confirmatur 1o nam quod aliquid aliud datur in entitate
visionis praeter hoc quod est fieri et agere non pertinet ad prae-
dicamentum actionis pertinere sed ratio repraesentationis et
imaginis objecti est quid proprium superadditum ultra fieri et
influxum ut patet quod expectat ad aliud praedicamentum
scilicet qualitatis.

Confirmatur 2o nam si visio praeter rationem actio-
nis nihil aliud peculiare involveret, ultra illam debe-
ret aliquis terminus productus assignari sed hic neque datur
neque assignabilis est ergo visio non est sola actio major pa-
tet nam implicat intelligi actum et fieri nisi intelligatur
aliquid actum et factum ultra tale fieri et sicut impli-
cat dari via sine termino ita et actus sine termino quo

ducto

Dicto minor Vº probatur nam Deus non fit per talem actum neque datur aliquid aliud per illam productum nisi Vitam et qualitas vitalis Deum representans. Quare impossibile est id quod docet Vazquez 1. p. q. 12. art. 2. dubio 1. ad 1. sed actionem intellectus aliquando habere terminum aliquando terminum non habere; nam cum actio sit ex suo genere et essentia, sicut semper est via et fieri, ita semper postulat terminum et factum esse.

Probatur 3º nam etiam respectu representationis formalis obiecti increati, quae clauditur in visione debet intelligi actio quae sit opus intellectus a termino ut modus distinguatur, cuius oppositum docet Herice disp. 49 c. 5. probatur 1º quia distinctio reperitur in reliquis actionibus et etiam immanentibus probatur 2º nam stante eadem representatione vel potest variari diversa actio vel ut vitalis representatio conservetur a solo Deo, et absente actione sine lumine gloriae quod fieri posse cum non semia etiam patres Herice fatebitur; illa autem varietas actionis invariata visione signum est distinctionis realis.

Ex dictis constat 2º visionem dei ut est in se quamvis afferat actionem saltem de conatu formaliter et eundem vere representationis pertinere ad praedicamentum qualitatis quia nullum aliud superest in quo constituatur ut inductione constat. Dicimus autem pertinere ad praedicamentum qualitatis eo pacto quo entia supernaturalia ad praedicamenta reducuntur. pertinebit vero ad speciem dispositionis more aliorum actuum vitalium, vel habitus propter eius permanentiam et invariabilitatem. Constat 2º visionem sicut et alios actus vitales dici actiones grammaticales, id est nomine activo quia explicantur et significantur per nomina

similia illis quae significant actiones praedicamentales ut
sensatio intellectio etc. et eis quae terminantur ad obiec
to passo passionaliter quam actiones terminantur ad suos
terminos —

Obj. 1. Aristoteles 9 metaphys. text. 16 ubi ait
esse aliquas actiones per quas nihil ponitur praeter ipsas
eas quae dicit esse actiones immanentes quoniam [illegible] est
horum quidem ultimum usus et [illegible] visio visus et praeter
hanc nullum fit alterum a visu opus, aliquam autem
fit aliquid ut ab aedificatione fit domus praeter aedifi
cationem. Sed in praedicamentis c. de actione ubi dicit
dolorem et voluptatem esse actiones et lib. 9 ethicorum
9 et lib. 10 c. 8 dicit felicitatem non esse qualitatem
sed operationem quam [illegible] dicit esse [illegible] summum
ini bonum.

Et in eodem metaphys. textu explicare Philosophus
quem terminum neget actioni immanenti scilicet termi
num et effectum transeuntem qui ponitur extra potentiam
sicut domus ponitur extra aedificationem non tamen negat ter
minum per modum qualitatis qualis est immanens. Ita
D. Thomas ibi. In aliis locis actus vitales appellat actiones
quae non procedunt vitaliter sine actione; et quae qualita
tes vitales significantur actiones et ex eo dicuntur actio
nes grammaticales modo sic explicato. Ad illud etiam
ex 10 ethicorum c. 8 respondet Doctor Philosophus dato et
non concesso, felicitatem et voluptatem non esse qualitates ne
garet inde inferatur eas non esse ad bonum [illegible]
bene [illegible] cum possint esse bona quae qualitates
non sunt. 5. ut explicat S. Suarez negat esse qua

lita

litates ex genere illarum quae operationes non sunt. 53

Ob. 2o. S. Thomas vocat intellectionem et alias actiones immanentes appellat actiones ... q. ... art. 1. et ... ad 2 ... per art. 2. corp. ubi dicit verbum dicere ordinem ad intellectum, sicut terminus ad actionem, imo has actiones nec ex eo dicuntur immanentes, quia nihil per illas producitur. R. S. Thomas cum distinguit in illis locis vitales actiones ab objecto et termino per illas producto, solum sumere intellectionem et volitionem improprie pro actionibus, quae ab illis actibus vitalibus connotantur, quae dicuntur actiones immanentes, quia earum terminus et effectus sunt simpliciter vitales immanentes. Obstruimus enim eodem nomine eadem vox intellectio significat et actionem vitalem et qualitatem vitalem productam ab actione. Sed quod ... denominatio ... beatus videt Deum vitae actus dare verbum per actus terminus productus quem nos diximus esse qualitatem distinctam ab actione.

Art.

An visio beata sit actus intellectus et cujus operationis.

Nullus dubitare potest visionem beatam quam diximus esse operationem creatam vitalem pertinere ad praedicamentum qualitatis esse actum proprium potentiae intellectivae, cum sola visio corporea operatio non sufficiens ad videndum Deum ut disp. 1. explico. Cum autem in intellectu triplex genus operationis reperiatur in hoc

sicut apprehensio simplex, judicium et discursus; ad quam ex his pertineat visio beata dicitam.

Dico quod quamvis visio beata proprie et formaliter non sit apprehensio, neque judicativa neque discursiva eo modo quo hujusmodi operationes in nobis reperiuntur, habet tamen meliori et eminentiori modo harum trium operationum perfectiones, quae perfectionem involvunt; probatur quod non sit proprie illa ex tribus operationibus cum imperfectionibus quae in nobis reperiuntur, docet Granadus tract. 3. de visione disp. 2. et [illegible] referendo et facile probatur, nam simplex apprehensio nostra est cognitio valde imperfecta, quae nihil affirmat neque judicat. At visio beata, ut in 2a et 3a parte ostendetur, est judicativa. Deinde nostrum discursus requirit plures cognitiones, at visio beata simplicissima est et una cognitio, neque D. Thomas tradidit 3a p. q. 2 art. 3 ad 3um. Item beatis deest discursus. Requiritur n. de cognitione, quam habent extra statum beatificum.

Tandem judicium in nobis reperitur cum compositione et divisione, at visio beata simplici intuitu judicat et affirmat de Deo plures veritates, ex quo docent etiam 1a q. 14 art. 5 ad 2um et supplementum Gabrielis 4 dist. 49 q. 3 art. 3 dubio 2. Salazar ad Thomam 1. tract. disp. 3. sect. 3. et Granadus cognitione Dei esse incomplexa, quod intelligendum est nullam [illegible] neque ex [illegible] fuit [illegible] Salas docet Granado et est expressa sententia S. Bernardi lib. 5. de consideratione, illum-

na

na specul.ᵒ cum videbimus faciē ad faciem videlicet cum similis est negra .n. dicitur fragilis acies mentis nostræ quantumlibet vehementer intendens aliquatenus resilit deficit vel in ipsam pluralitatem. Exigit se magis adunatā formatā quæ unitati illius, ut una una facies respondeat faciei nempe similes ei erimus qa videbimus dicit ut est. Egydius et Lorca ibi referre dicit. —

2ª pars quod meliori modo contineat visio beata hanc operationum perfectiones docent Ricardus 4 dist. 49 art. 3. q.ᵉ 2. soto 6 q.ᵉ 3. art. 3. Molina 2. p. q.ᵉ 12, art. 6. disp. 6. dub. 2. Valencia disp. 1. q.ᵉ 13. puncto 4. dubio 3. Granado et Salas. quod asserunt visionem beatam simul esse apprehensivam et iudicativam et duo postremi addunt esse virtualiter discursivam. Probatur qa simplici tendentia representat divinam essentiam, ingo assimilatur apprehensioni. item iudicat de illo omnes veritates quas in illo cognoscit ut amplius est tendetur in 3. p. relationis. Tandem sicut deus et angeli cognoscunt in ratione formali conclusionis obiectiva simplici intuitu, quod nos in hac vita non nisi per discursum cognoscimus, ita visio beata quæ est perfecta participatio et imitatio visionis increatæ —

3ª pars quod præcipue assimiliter cognitioni perfecte iudicativæ docent S. Tho. q.ᵉ 8. de verit.ᵉ art. 2. ad decimum 3um. S. Bonaventura 3 dist. 14 art. 2. q.ᵉ 2 ut ad ultimum. Ricardus soto Molina valencia Salas, Granado et Suarez lib. 2. de atributis c. 8 n.º 8. Vasquez q.ᵉ 12 art. 8 dub. 2 n.º 24 ex

ca disp. 18 de beatit., dubio 2 Ægydius tho. 2 lib. 12 q. 5 art. 3. § 1. et 2. Probatur quia nulli alteri operationi magis assimilatur; nam visione beata vere judicat beatus quae nam praedicata Deo conveniant scit Deum esse trinum et unum etc., hoc non est sola apprehensio ut patet, neque etiam fit per discursum principiorum cognitionum, ergo per judicium neque adversatur S. Augustinus tho. 2. lib. de vera et falsa religione c. 31. ubi ait Deum a nemine judicari; intendit n. divinas rationes et actiones a nullo posse damnari —

Art. 5.

An haec qualitas et operatio sit verbum mentis et similitudo expressa objecti ~.

Sect. 1. aliquot praemittuntur et dubium solvitur

De verbo mentali jam olim verba non pauca feci lib. 3. de anima disp. 10 q. 2. art. 1. et disp. 2 de Trin. art. 1. inde revocanda huc non nulla 1º ad rationem verbi mentalis requiri tria a Sanctis PP. et aliis tenui. 1º ut sit imago expressa objecti exprimens illud et repraesentans. 2º ut effective procedat ab eo cujus est verbum, mediante prolatione dictione aut loquutione — 3º ut principium proximum a quo procedit, et in quo manet ut opere effectum immanens sit operatio intellectiva; nam sensationes externae et internae verba non

sunt

sunt qq mediis hoc sermonem serat aut alium al loquatur ~

2° stat ex dd. disp. 2. de Trinit., art. 1. sect. 2. ad 2üm Veri n. regni. q. sit aliq. ipsum mediu, q. immediate cognoscatur tanquam obiectum immediatum aliq. directi intelligendi. q. cognito cognoscatur obiectum principaler. ita Durandus 1. dist. 27 q. 2. a n° 29. Torres 1. p. q. 27 art. 1. disp. 5. p. 2. dub. 5 assert. 1. ad 2üm Fonseca tho. 7 methaph. lib. 8. c. 8 q. 3. sect. 5. ad 3üm Alb. 1. p. q. 12 art. 2. disp. 1. re 1. et q. 27 art. 1. disp. 3. membro 2. Valencia 1. p. disp. 2. q. 7. puncto 3. Vasquez disp. 39 c. 2. et disp. 12 c. 3. et 4 et disp. 141. c. 4. Arrubal disp. 7 c. 4 n° 15 Herice disp. 40 c. 1. a n° 13. Kaspt q. 12 art. 2. dub. 6. Granado ttu 5. de visione disp. 1. sect. 3. a n° 26. Becanus ttu 1. c. 9 q. 2. n° 7. Pater Suarez lib. 2. de attributis c. 11. n° 10 et c. 13. n° 5. et 6. et lib. 1. de Trinit. c. 6. et Salas 1. 2. ttu 2. disp. 5. sect. 2 n° 26. Vasquez 4 tho. 1. lib. 5. de visione q. 24 5. n° 38 et Conimbr. 3. de anima c. 8. art. 2. q. aliosque antiquiores refferunt ~

Hoc est expresse sentia S. Thomae q. 1. dist. 27 q. 2 art. 1. ad 4üm docet Verbum esse, quo intelligitur, sed id quo intelligitur sic est ratio Verbi. et art. 2. post medium corporis ait esse id quo aliquid formaliter intelligitur, non solo est quod tanquam obiectum intelligitur

Pluribus rationibus et optimis id probat Du-
randus 1a ab experientia quia nullus quantumvis perspicax
unquam advertit se quidquam aliud ex parte obiecti
cognoscere, praeter ipsum obiectum; at si daretur tale obiec-
tivum idolum multo melius deprehenderetur experientia
quam ipsum obiectum quia vere adverterent se cognoscere
nam illud idolum cognosceretur magis immediate, ut eo
cognito tanquam signo instrumentali obiectum ipsum
cognosceretur; sicut melius cognoscimus et advertimus
nos cognoscere Caesaris statuam quam ipsum Caesa-
rem qui in statua et per statuam cognoscitur. 2a ratio
ab incommodo quia sequeretur nos solum intuitive cognos-
cere illud idolum, abstractive vero obiectum illius sicut
qui reflexe cognoscit suam cognitionem solum abstractive
cognoscit obiectum cognitionis at constat plane nos
obiecta cognoscere intuitive. 3o nam hoc idolum vere
est expresse et immediate repraesentatur per
intellectum ergo eodem pacto potest obiectum ipsum repraese-
ntari absque mediatione illius idoli, quod verum appel-
latur —. Oppositam sententiam defendunt moderni Tho-
mistae recentiores quos supra referemus et easdem quas
negat beatus formari verbum dum Deum intuentur
obiiciunt Aristoteles et S. Thom. ille 1. lib. de
somnis c. ult. et lib. de memoria c. 2 docet per cog-
nitionem formari intra cognoscentem imaginem quandam vel idolum
in quo obiectum cognoscatur. S. Thom. vero id satis indicat q. 4.
de verit. art. 2. verbum est quod dicitur quod est spiritum intel-
lectum et 1o contra gentes c. 53. verbum appellat intellectum
intra

intellectus, et lib. 4. c. 11. aut Verbum internus est species
intellectus et 1. p. q. 34 art. 1. ad 2. aut cum dicitur
q. Verbum est [illegible] accipitur [illegible] aliter intellectus
cognoscens, id [illegible] intellectus [illegible] cognoscendo.

[illegible] cognitione formaliter reddi-
mur cognoscentes, quae in mente semper est Verbum appellari
ab Arist. et S. Tho. [illegible] intellectione
intellectus [illegible] cognitio saltem virtualiter est
reflexa [illegible] experimur et advertimus
nos cognoscere aut intelligere, [illegible] solutionem habet P.
Suarez [illegible] de attributis c. 4. no. 6. aut in-
telligere [illegible] S. Th.
appellat actum intellectus [illegible] denominat obiectum in-
tellectum, sicut [illegible] dicitur [illegible]

Cum [illegible] non reperiatur [illegible] Verbum [illegible]
dicitur imago velut instrumentaliter repraesentans speciem
[illegible] sufficiat ad Verbum [illegible] imago expresse repraesentans
obiectum et ipsa formaliter reddens intellectum co-
gnoscentem, illi quae ostendens et manifestans obiectum
superest dubitatio an huiusmodi Verbum reperiatur
in visione beata atque adeo Verbum [illegible] beati videntes
Deum Verbum forment aut [illegible] negant [illegible] Tho-
mistae Recentiores post Caietanum 1. p. q. 12 art. 2
§ adverte quem sequuntur Vazquez [illegible] dubio 2. Zu-
mel disp. 2. [illegible] Navarrete [illegible] § 3.
Albertinus disp. 25 sect. 4 a no. 43. Arauxo [illegible]
[illegible] Ledesma de divina perf. q. 8. art. 6. et Valen-
tia 1. p. disp. 1. q. 12. puncto 3. § respondeo affir-
mans [illegible] obiectum videri intuitive per intimam p.

sentia, atque indigeant speciei non formari. Ita
fatent Capreolus in 4 dist. 49 q. 5 art. 3 ad 1 arg.
[illegible] conclusionis Ferrariensis et Sylvester [illegible]
Ferrara 2 contra gent. c. 53 § quinta est quaestio hanc
sententiam [illegible] Henricus
quodlib. 4 q. 8. Aegydius quodlib. 5 q. 8. et alij. Ca-
ietano antiquiores solum negant. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] absolute.

Oppositam sententiam [illegible] per speciem [illegible]
hent a beatis expressam Dei similitudinem [illegible]
[illegible] atque [illegible] formari. Ita [illegible]
sententia. Ita Guillelmus Parisiensis [illegible]
[illegible] medium. Henricus 1 p. summae
art. 99 q. 2 [illegible] 1. [illegible] Bonaventura in 4 dist. 49
p. 1 art. 1 q. 1 ad [illegible] et alij 2 dist. 23 art.
2 q. 3. [illegible] Richardus 4 dist. 49 art. 3 q. 2
ad 2 [illegible] Durandus 4 dist. 49 q. 2 n. 6.
[illegible] ex Thomistis Capreolus 4 dist. 49 q. 2 art.
3 ad [illegible] Hispalensis [illegible] idem
q. 2 art. 3 notabili 4. Sylvester in Prierio q.
10 art. 2. Soto 4 dist. 49 q. 2 art. 3 [illegible]
[illegible] § postremum Victoria apud [illegible] ex Scotistis
[illegible] quodlib. 14 et 15. Vasquez 1 dist. 49 q. 1
art. 1 § [illegible] Rada controversia 10 art. 2 [illegible]
[illegible] Bonaventurae [illegible]
[illegible] observat [illegible] expressam similitudinem
4

et, si dici habeat perfectione docere, quamvis similitudine expressa Verbi non esse existimant.

Tandem semper hanc docent alij innumeri DD. quos refferunt et sequuntur Caverius 1. p. q. 12 disp. 5. dubio 5, Pater Molina q. 12. art. 2 disp. 5 vel 2. P. Vasquez disp. 38 c. 2. et 3. Suarez lib. 2. de attributis c. 11, Pesantius eo art. 2 disp. 1. notabili 6. Arrubal disp. 4, c. 1. Amicus disp. 45 sect. 2. Becanus c. 9 q. 1. n.o 6 Erice disp. 4 c. 4 [illegible] c. 3 a n.o 11 et disp. 41 c. 5. Rapillo eo art. 2. dub. 3. et segg. Granado tract. 5. de visione disp. 5. sect. 2. et 3. Salas 1. 2. tho. 1. tract. 1 disp. 5 sect. 2, n.o 4, Vasquez [illegible] Augustinus tho. 2. lib. 4 q. 5. art. 3 § 10. [illegible] art. 3. Montesinos disp. 4 q. 3. fine Lessius lib. 2. de summo bono c. 16. n.o 23, Conimbricenses 3. de anima c. 8. q. 3. [illegible] 4 ad 3.um Hurtado disp. 6. de anima sect. 6.

Sectio 2.a Verbum formari a videntibus Deum ex authoritate confirmatur.

Sit igitur certa et indubitata 3.a beatos videntes Deum formare Verbum expresse repraesentans essentiam Divinam. hinc 2.a et 3.a quae ad nostrum Verbum negant scoti sectatores ergo ad nostrum Verbum expressum similitudine essentiae Divinae negant Thomistae supra late semper relati, [illegible] omnes DD. hinc 3.a defendunt et merito reprehendunt in hac parte Thomistas Recentiores

ex eo nomine quod fuit ejusque Cajetanum credidere et
q. Thomae de Vio, de mente doctrinae S. Thomae deflexe-
xerint

Probatur 1º ex authoritate Sanctorum PP. Sanctus
Augustinus tho. 3 lib. 9 de Trinit. c. 11. pulchre adver-
titur inquiens: Deum novimus, similes sumus, sed non ad aequa-
litatem similes, quia non tantum eum novimus, quantum ipse se
et quemadmodum cum per sensum corporis discimus corpo-
ra, fit eorum aliqua similitudo in animo nostro, ita cum
Deum novimus illa notitia verbum est et fit aliqua Dei similitu-
do, sed inferior quia in inferiori natura est, ubi S. Aug.
diserte affirmat verbum dei illa notitia verbum est. agit autem
de notitia quae similitudo est obiecti ut patet ad hoc quod non ipse
actioni; agit etiam de similitudine in omnibus cognitionibus
quae non est similitudo in modo, ut non recte explicant
Vasquez c. 3. et ex eo Almeida. denique agit de co-
notitia etiam intuitiva et beatifica dei, et expresse
de illa agens expresse ex 1ª Joannis 3. lib. 14 de Trini.
c. 14 repetit in hac imagine tunc perfecta erit Dei simi-
litudo quando Dei perfecta erit visio. Tandem idem
inculcans lib. 15 de Trin. c. 10. formata quippe cogitatio
ab ea re quam scimus verbum est et c. 16. Similes
tunc similes ei erimus quando videbimus eum sicuti est, tunc
verum verbum non erit falsum. Egregium quoque testimo-
nium est illud S. Anselmi c. 32 monologii ubi post
multa colligit hoc ipsa mens rationalis cum se cogitan-
do intelligit secum imaginem suam ex se natam, idest
cogitationem suam, ad suam similitudinem quasi sua impres-
sione formatam, quae imago ejus verbum ejus est. Dixe-

rat

dixerat vº id habere quisquis quicumque aliquid cogitat ... et beatus videns et cogitans Deum cum nulla sit res distinctivus ut sectione 4 ostendam ——

Probatur 1º ex S. Tho. cujus mens hac parte clarissime est; 1ª 8 p. q. 27 art. 1. corpore sine ait quicumque intelligit ex hoc ipso, quod intelligit procedit aliquid intra ipsum, quod dicitur verbum cordis, ubi Silvester recte adnotat subiecto universali quicumque intelligit et videntem Deum ne aliquis ridicule arguerent viatores formant verbum dum cognoscunt, et non beati; si n. excipereret visio beatorum, cur non et visio increata? Deinde 1º contra gent. c. 53. docet esse necessarium ut intellectus intelligendo formet in se ipso quandam intentionem rei, ubi loquitur universaliter et per eam intentionem verbum intelligit, ut constat ex lib. 4. c. 11. ubi et universaliter idem docet de omni intelligente, et de intellectu se ipsum intelligente, et concludit intellectum in intelligente est intentio intellecta et verbum. clarissime ad rem nostram q. 4 de verit. art. 1. ad 9. et art. 2. corpore post medium verbum intellectus nostri universaliter est de omni quod a nobis intelligitur sive per essentiam (supplentem scilicet vices speciei ut est divina, ecce nullus locus tergiversandi) sive per similitudinem scilicet speciem intentionalem. Videatur totus ille articulus et art. 4. ad 4um recte explicat quo pacto verbum simile sit obiecto. Ad verit. ubi non exigitur similitudo ad rem quae verbum dicitur secundum conformitatem naturae sed secundum representationem, et q. 8. de pot. art. 1. eodem modo explicat nisi ubi ut rem a cognitione et ita illi anexas ut post medium corporis addat verbum nostri intellectus non est extrinsecum ab ipso intelligere intellectus cum ipsum

intelligere ... sine verbo ... de ... art. 5. corp. ante medium de ratione ejus quod est intelligere est quod intelligens sit intellectum ... interius ... tandem ... dist. ... q. 2. art. 2 corpore impossibile est quod aliquis intelligat nisi verbo intellectus ...

Probatur 3° ex authoritate DD. scholasticorum qui in omnibus scholis tam S. Thomae quam Scoti, Durandi, nominalium et aliorum in hanc veritatem conspirarunt, scilicet visionem beatam esse similitudinem expressam Dei, praeter paucos thomistas Cajetano recentiores —.

Sect. 3. eadem veritas ratione roboratur, ubi ostenditur visionem esse similitudinem expressam Dei.

Probatur ergo ex ratione ... et ... est quae secundum S. Patres, S. Thomam et Doctores relatos disp. 2. de Trinitate, art. 1. ad rationem verbi tria requiruntur ... ex ... mente ... effective ... procedat ... 3° quod sit similitudo expressa objecti ... haec omnia ... in visione beata ergo haec est verbum beatorum ... minor probatur nam imprimis ostenditur art° praecedenti visionem esse actum intellectus et operationem mentalem. 2° ostenditur art. 2° visionem praeter actionem ... ad praedicamentum actionis importare qualitatem vitalem qua intellectus formaliter redditur videns et intelligens, quae per talem actionem vitalem realiter vel ratione distinctam (non ... enim ... inter DD. ... actionem a suo termino ante operationem intellectus distinguit ... probabiliter) per talem inquam actionem

actus ab intellectu producatur, praesertim cum implicet intellectum videre per talem actum et illum non producere ut art. 1. exposui, quae hae duae conditiones ad verum requisitae in visione consistunt.

Veniamus ad 3.am et postremam conditionem, quae ad verum requiritur scilicet quod illa qualitas quae verum est sit expressa similitudo obiecti. hanc vero etiam in visione reperiri probatur 1.o ex sacra scriptura juncta authoritate SS. Patrum 1.a Joannis 3. n.o 2. similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, quae similitudo non consistit in eo, quod sicut salvidet Deus ita proportionaliter beati visuri sint Deum; nam eodem jure viatores possent dici similes Deo quia diligunt Deum sicut Deus diligit se, quae alia specialis similitudo est in beatis. scilicet media expressa repraesentatione Dei, et imagine intentionali illius, ut interpretantur S. Evaristus Papa epist. 1 ad episcopos Africanos. S. Aug. Tho. 3. lib. 9. de Trinit.e c. 11. et lib. 14 c. 17 S. Greg homilia 2. in ezechielem S. Bernardus serm. 3. in cant. S. Beda, Lira, Carthusianus, Estius et Lorinus etc. pulchra sunt verba S. Augustini 14 de Trinit.e c. 17 tunc perfecta erit Dei similitudo quando Dei perfecta erit visio de qua dicit Apost. Joannes etc. hinc apparet tunc in ista imagine Dei fieri eius plenam similitudinem quando eius plenam perceperit visionem.

Probatur 2.o ex S. Tho. ubique agnoscente in qualibet cognitione creata similitudinem expressam sui obiecti ita q.e 9. de verit.e art. 3. verum manifestationem quandam importat et ad 9.um et art. 4. ad 2.um

explicat hanc expressionem dicens. Ad veritatem ubi
non exigitur similitudo ad rem quae per ipsam dicitur
secundum conformitatem naturae, sed secundum repraesen-
tationem et 1. p. q. 85 art. 8. ad 3um docet hanc
similitudinem esse per convenientiam ad obiectum. simi-
liter q. 88. art. 1. ad 2um et in dist. 34. q. 3.
art. 4 ad 4um et lib. 4 dist. 49 q. 2. art. 1. ad 7um
(ubi agit de visione dei) et q. 2. de verit. art. 3.
ad 9um et art. 5. ad 5. et q. ubi id explicat exemplo
statuae repraesentantis et art. 11. ad 1um et q. 8. de
art. 11. ad 3um et lib. 2. contra gentes c. 98. Quum visio
beata sit vera cognitio Dei erit secundum S. Thomam
expressa similitudo et repraesentatio Dei.

Probatur 3° ex ratione nam illa est expressa si-
militudo et imago intentionalis alterius, quae exprimit et
signat formaliter per seipsam quidquid est in altero, sed
visio beata exprimit et signat beato essentiam divinam
ergo est expressa similitudo et imago essentiae divinae. maior
patet quia non aliter effigies Caesaris dicitur expressa
imago illius nisi quia illum repraesentat facitque nos ve-
nire in Caesaris notitiam. minor vero probatur nam media
visione beata formaliter cognoscit beatus omnia praedicata
divina quae illi repraesentantur ac nota fiunt per visionem
beatam; cum enim repraesentare nihil aliud sit, quam prae-
sens fieri id quod repraesentatur, plane media visione beata
repraesentatur Deus, et praesens fit intentionaliter crea-
turae rationali.

Haec namque similitudo supponit et constituitur per
unitatem et convenientiam inter illa duo, quae dicuntur similia

sed

sed inter visionem Dei, et essentiam divinam, sicut inter cognitionem et suum obiectum datur convenientia quia in visione datur species similitudo expressa essentiae divinae. minor probatur nam duplex est convenientia et unitas: alia realis, alia intentionalis. realis intercedit inter duo eiusdem speciei praesertim inter Patrem et Filium, qui similis est in natura genitori, et imago illius; et hoc pacto Verbum mentale non est similitudo et imago obiecti, ut observavit S. Tho. q. 4. de verit. art. 4. ad 2um [illegible] n. proprium est Verbi divini propter eius perfectionem, ergo est persona intelligens suo ostensa; et propter naturam increatae intelligentiae foecunditatem. reperitur alia convenientia Analogica, seu proportionis (ut loquitur S. Thom. testimonijs relatis) quae stare potest cum magna etiam diversitate essentiali inter cognitionem et obiectum; consistit n. in hoc, quod praedicatum, quod reperitur in obiecto reperiatur etiam in cognitione, non existens formaliter in cognitione sed repraesentatum per illam seu quod existens in repraesentando. ex hoc autem quod haec convenientia est solum Analogica disp. 2. de scientia et disp. 2. de Trinitate, docui intellectionis lineam, quantumvis crescat in perfectione nunquam pertingere ad similitudinem naturalem obiecti: sicut homo pictus [illegible] quantumvis crescat in perfectione non pertinget ad esse veri hominis, quia scilicet inter pictum et verum, inter cognitionem et obiectum solum datur convenientia Analogica.

Sectio 4. Secunda ratio pro se et insufficientes solutiones adversariorum.

2a ratio pro se. nam omnis cognitio creata est vera et expressa similitudo obiecti quam etiam visio beata

que cognitio creata est, anq. probat: nam media cognit.e non solum formaliter intelligimus, sed etiam dicimus et loquimur mentaliter objectum representatum, ut expresse S. Aug. lib. 9. de Trin. c. 11 et tho. 10 sermone 20 de sanctis c. 3. scripture sancte Verbum esse definiunt ipsam cognitationem et S. Tho. locis relatis presertim primo dist. 27 q. 1. art. 2. et 4. 9.a gentes c. 11. et q. 4. de verit.e art. 1 ad arg.a et alijs locis relatis. Seq.a vero idem censendum de visione beata fatentur prestantiores Thomiste Sylvester Ferrara Soto et Alij relati et Navarrete controversia 34 § 7. ad 1.um et probatur quia nulla sufficiens ratio discriminis asignabitur, cum visio beata sit qualitas ab intellectu procedens et expressa similitudo obj.i increati —.

Quid non moverunt Thomistas DD. ut hec nostra fundam.a evellerent et Verbi a visione beata excluderent: sed Cajetano 1.a S. Thoma 10 Respondent esto cognitio omnis creata sit expressa obj.i similitudo et similiter visio beata sed non Verbum quia non dicitur neque cognoscitur, sed media illa dicuntur obj.a: Ut autem Verbum esset deberet dici tanquam terminus loquutionis interne ipsius et per quem loqueremur de objectis. Et propterea intellectio increata Verbum non est ut patet in ea que datur in Patre et Spiritu Sancto cum tamen sit similitudo expressa divine essentie sed ultra illam procedit aliud Verbum, quod est 2.a persona Sanctissime Trinitatis. Hec solutio presertim pugnat pro sententia Scoti et eius schole —.

Sed nulla est: nam ultra cognitionem creatam que est qualitas producta ab intellectu, et formaliter reddit illum cognoscentem, vel asignatur alia qualitas

que

quae verum est. vel nulla alia: illud dico non posse namque perfectionem addere 2a. qualitas cum sufficiat prior cognitio ad hoc ut reddatur intellectus formaliter cognoscens. si dicas nullam aliam dari quam illam priorem, quae reddit intellectum formaliter cognoscentem verum est, ergo nulla alia datur in qua consistat verbum quod vere producitur per omnem cognitionem ergo in illa conveniunt omnes conditiones ad verbum requisitae ut probatum est. Verum ergo ad rationem verbi non requiritur ut sit objectum immediatum quod dicatur et cognoscatur ex cognito tanquam signo instrumentali veniamus in cognitionem objecti quod sola cognitio, quae informat nostrum intellectum et reddit illum intelligentem habet rationem verbi. antiqui Patres dixerunt namque sancti Patres de verbo disputantes ut recolit disp. 2. de Trin. art. 2. cum tres conditiones supra relatas assignent ad rationem verbi eam non exigunt, et ostendi sect. 1. eam omnino repugnare et absque fundamento ea a Thomistis in nostra cognitione desiderari.

3o nam exemplum verbi divini eosdem juvat quamvis n. conveniat cum verbo nostro in hoc quod sit terminus productus ab intelligente et dicente ipso et in hoc quod Pater aeternus ut intelligat imo et Filius et Spiritus Sanctus non indigeant verbo tanquam objecto immediate cognito sine quo non intelligerent. differt tamen in pluribus, 1o quia divinum subsistens est nostrum vero accidens. secundo divinum quasi complectitur subsistentiam nostrum vero sola inhaerentia. 3o divinum non est forma quo pater aut alia persona divina reddatur formaliter intelligens, et ideo Pater non sapit sapientia genita ut ex D. Augustino docui loco citato de Trinitate. at vero verbo creato fer-

maliter reddimur intelligentes ut ex S. Tho. docui sect. 2. Denique divinus non est sola intellectio quia licet propter simplicitatem et infinitatem Dei, indentificatur cum essentia divina neque ab illa realiter procedat, at vero intellectio creata ut pote perfectionis finitae reali-ter distinguitur et producitur ab intellectu, atque adeo sola habet rationem verbi; debuit tamen in Deo ultra intellectio-nem concedi verbum realiter distinctum a Patre intelligente ne divino intellectui deesset fecunditas ne careret termino producto cum intellectus creatus non careat. quod vero objicitur solus verbum dici et intelligi debere falsum est neque potius verbo dicimur obiectum, et propterea dum loquimur proprie ad formaliter dicimus non vero quod dicimus verba intellectio autem divina verbum non est quia non distinguitur realiter neque producitur a personis divinis.

Respondent alii vero negando antecedens de verbo alia cogni-tionis viatoris et neg. Angeli. assignant discrimen quia per visionem beatam acquiritur et attingitur obiectum immediate et nullo modo efficitur sed solum cognoscitur, atque adeo opus non est ut intercedat productio alicujus termini qui verbum sit. Sed contra est vero nam quamvis immediate attingat obiectum non obstat quominus medio verbo attingatur et repraesentetur. Nam sanctus Augustinus S. Anselmus et S. Tho. sect. 2. relati docent producere verbum etiam quod mens cognoscat seipsam, et Pater divinus cognoscens se format verbum cum tamen mens sit ipsi sibi praesens et immediata et Pater aeternus sit ipsi

vero quando non videtur essentia divina visio illa

s, est sola actio sub qua ad quam per actus productum,
Si hoc dicas, hemo productum aliquod productum in visione dei
et hoc erit Verbum; si dicas visionem esse solam actionem
rursus interrogo, si est actio praedicamentalis, vel tantum gram-
maticalis? Si non praedicamentalis, hoc non est certum, nec esse
dum est, et affirmari non potest, nam actio fieri, et
via non potest dari sine facto esse et sine termino.
Si dicas esse actionem grammaticalem alterius praedica-
menti, hoc ipso nomine actionis, nam ex eo illum sit gra-
maticalis, et alterius praedicamenti ab actione est qualitas
productum ab intellectu et per distinctam et per indistinctam
actionem, cumque signet et notum faciat ac repraesen-
tet Deum, est imago illius expressa, atque adeo Verbum
quod intendimus.

Tandem Magister Albelda 1. p. disp. 45.
sect. 5 n° 57 cum negasset Verbum produci a beatis, addit
sect. 3c. 5. quod dico beati in visione beata producunt "
Verbum in quantum est terminus intrinsecus intellectionis "
unitus intellectum cum obiecto. quia vero sciebat nos interro- "
gaturos, quid nam esset illud Verbum per modum unionis,
subdidit est modus unionis intelligibilis, quo mediante illo "
intellectus beati intelligibiliter unitur, et sit quasi "
unum cum essentia divina sicut hoc requiritur ad cognitionem. "

Sed P. Herice 1. p. disp. 40 c. 3 n° 28.
recte observat hunc authorem re ipsa nostram doctrinam
tradere, quamvis ad vitandum praevaricationis notam
a suorum in terminis novarum vocum palio veritatem involvat.
Nam et haec cognitio hic quae terminus intrinse-

q. intellectiones, non est vere et realiter unio cum illa faciat quasi unum. Ut Albelda fatetur: alias vere et realiter ad faciendum unum compositum physicum uniretur essentia divina cum intellectu beati, saltem eo modo quo persona divina unita est cum humanitate, quod est absurdum, cum nullum concedat re ipsa unionem physicam extremi creati cum praedicato absoluto divino, id censeatur impossibile.

2.° cum illa unio sit tantum intentionalis, quatenus obiectum ex eo quod cognoscatur, dicitur intelligibiliter unitum cum specie quatenus illius intentio et repraesentatio est in specie et unitur cum illa, ex quo manifeste imitatur illud tritum a Thomistis decantatum ergo "intellectus
" dum cognoscit trahit res ad se." Terminus ille quem appellas unionem intentionalem non aliud dicit, cuius dicatur unire obiectum intentionaliter cum specie quae repraesentat obiectum est quae similitudo illius et est in intellectu obiectum cognitum et repraesentatum dicitur esse intentionaliter in intellectu. Terminus intentum quod ille terminus sit cognitio expressa quae imago et similitudo obiecti, atque adeo verbum.

3.° nam beatus videns essentiam Dei vere dicitur talem essentiam, sicut vere eam cognoscit active operans per aliquod verbum; illa unio verbum est; prius dicitur probatur nam implicat quempiam loqui seu dicere nisi per verbum. posterior vero consequentia probatur quia nihil aliud potest dici ratio verbi, nisi illa intentionalis unio. Nam essentia divina non est verbum,

quod

qs beatus cognitae. Ut male respondet S. Albelda d. 8.
nº 40. cum non sit id neque possit esse id qs forma
liter representatur Deus beato. nam id per q
representatur beato essentia divina est id quo for
maliter intelligit et videt beatus essentiam divinam. id
Albelda ostendit nos neque videre neque intellige
re posse per intellectionem increatam vel per aliud
praedicatum divinum et neque dicere per verbum in
creatum essentiam divinam. Neg. igitur nam ideo
non possumus videre per visionem increatam qa
visio ut potè vitalis operatio debet oriri et nasci
ab intellectu per illam vidente et dicente et si
militer verbum cum sit terminus vitalis et immanens
et superest ut ille terminus intrinsecus producatur
modum visionis dicitur verbum Beatus qs formaliter
dicunt essentiam divinam et intelligunt eamque illis re
praesentatur —.

Sect. 5. arga Thomistarum dissolvuntur —.

Obj. 1º S. Thoma 1. p. q. 12. art. 2.
et q. 8. de veritate art. 1. 2º lib. 4 dist. 49 q. 2.
art. 1. praesertim ad 15. et quodlibeto 7. art. 1. et
alibi saepe negat Deum à beatis videri per simi
litudinem creatam qa inquit eadem q. 8. de verit. art. 1.
» nulla similitudo divinae essentiae in intellectu recepta »
» non potest habere aliquam convenientiam cum essentia divina »
» nisi analogicè tantum: unde infert per illam similitudinem
non posse videri Deum ut est in se —

R. S. Tho. illum excludere in illis
locis similitudinem Dei, quae obstet visioni immediatae, quam
in eo loco, et verbis, ostendit S. Tho. immediatam de
fendere. haec autem similitudo non est virtus creata
qua formaliter reddimur cognoscentes et intuentes
hoc n. cum non sit objectum prius cognitum non obstat
visioni immediatae Dei. an neget S. Tho. simi
litudinem per modum speciei impressae disputationi est ex
pendam. hoc saltem colligitur certo ex textu S. Tho.
illum excludere similitudinem objectivam Dei ex
cujus cognitione ut objecti magis immediati ad cognitionem
essentiae deveniamus, quia in eo eventu esset cognitio
mediata —

Obj. 2° si visio beata esset verbum ex
pressum repraesentans Deum ut est in se deberet
esse actus perfectissimus sicut est Deus et habere infinitam
perfectionem hoc implicat ergo et illud ex quo sequitur.
sequela probatur ex molesta calculatione nam quo
perfectius est objectum eo perfectior est imago illius
expressa ergo si objectum sit Deus infinitum erit, visio
quoque illius deberet esse infinita probatur 2° nam
si non esset infinitae perfectionis non haberet in se
potestatem ad repraesentandum infinitum objectum. proba
tur 3° nam si expresse repraesentaret Deum, esset
expressa similitudo illius; hoc autem implicare probatur
nam similitudo fundatur in * unitate et conveni
entia naturae. * illa visio sicut et res creata non potest
habere

rea conuenientia cum illo nisi tamen analogica, ergo non potest esse similitudo expressa Dei, nam pictura imago Caesaris non est expressa similitudo rara Caesaris quia cum ille conuenit solum analogice, dicitur vero similitudo expressa figura Caesaris quia cum illa conuenit uniuoce, ergo ut visio Dei esset imago Dei expressa deberet cum illo uniuoce conuenire, quod est impossibile. ~

Respondeo negando sequelam. ad 2am probationem dico ex D. Tho. 1. p. q. 12. art. 2. non crescere perfectionem cognitionis proportione Aritmetica neque etiam perfecte geometrica quod crescit perfectio obiecti; sed intra genus entis finiti perfectior sit cognitio perfectioris obiecti, et infiniti obiecti cognitio quoque erit perfectior, sed finita. quare sicut obiectum immensae magnitudinis ut sol astra montes etc. exprimuntur etiam secundum magnitudinem parua pictura et exigua visione adente in pupilla oculi, ita proportionaliter infinita Deus visione creata et finita. Unde patet ad 2am probationem, nihil enim est in quidditate Dei quod non repraesentetur per visionem. ~

Ad 3am non requiritur conuenientia uniuoca inter imaginem expressam intentionalem et inter obiectum, illa enim solum requiritur in imagine et similitudine naturali quae non conuenit verbo mentali, nisi tamen diuino; in intentionali autem sufficit analogica conuenientia ut recte docuit S. Tho. neque exemplum statuae Caesaris urget, statua enim Caesaris et pictura neque in lineamentis ex illis habet conuenientiam uniuocam, sed solum analogicam cum Caesare cum tamen sufficiat ad ea lineamenta repraesentanda; sed esto in illis haberet conuenientiam uniuocam

nentis in aliis, quae utrumque expressè repraesentat, sic
enim non sola lineamenta, sed ipsum Caesarem
ad vivum repraesentat, cum tamen idem convenientiam ana-
logicam habeat cum Caesare vivo. igitur in imagine inten-
tionali sufficit convenientia analogica cum essentia
divina, quae convenientia consistit in hoc quod natura divi-
na per visionem repraesentatur et manifestatur et prae-
dicata quae habet essentia in esse rei reperiantur in visio-
ne in esse repraesentationis id est repraesentata dicta
et manifestata —

hoc autem utrumque declarari potest exemplo. dicimus
in Deo reperiri decem tantummodo perfectiones quem-
admodum illae decem possunt scripturis et vocibus exprimi
et describi quin ex hoc in vocibus aut scripto detur plus,
quam convenientia analogica cum essentia divina ita potio-
ri iure quod illae decem unica indivisibili cognitione divinitus
exprimuntur. Ubi observa probandum non esse sententiam,
Capreoli in 1. dist. 2. q. 2a art. 3. ad 3um asserentis
beatos per plura verba plures in Deo perfectiones vi-
dere; licet enim hoc esset possibile et de facto saltem aliquas
creaturas cognitiones plures de pluribus Dei perfectionibus
recipiant ut docent S. Tho. 1. dist. 2. q. 1a 1. art. 3.
non tamen id est necessarium, cum sufficiat unica visio indivi-
sibilis — obj. 3o essentia divina est intimè praesens in
intellectu beati et per se ipsam summe intelligibilis immo
et immediatè cognita per visionem beatam quae videtur
absque verbo creato. Ergo probatio non necessarium

esse

esset Verbum creatum maximè Ut per illud essentia Divina intelligeretur et quia per se non est intelligibilis. probatur vero nam si concederetur Verbum creatum illud mediaret inter intellectum et objectum, atque adeo hoc immediatè non attingeretur; ergo prius intelligeretur Verbum ergo sine Verbo non intelligeretur.

Respondeo concesso ante negando consequentiam nam Pater aeternus intelligendo format Verbum quia essentia Divina sit summè intelligibilis et reipsa immediatè et intuitivè à Patre Divino cognoscatur, in Filio vero et Spiritu Sancto non formatur Verbum dum intelligunt essentiam Divinam quia adaequatè intellectus Pater aeternus jam Verbum produxit et adaequant ac velut exhauxit intellectionis et naturae Divinae foecunditatem. Similiter Angelus respectu sui est proportionatè intelligibilis et reipsa se ipsum immediatè intuetur et comprehendit, absque medio Verbo creato Ut expressè docent S. Augustinus S. Anselmus et S. Tho. cit. relati.

Ad 2am probationem dico intelligibilitatem summam passivam naturae Divinae salvari ex eo quod in ratione objecti non indigeat specie ab aliquo alio ipsam proportionante Ut sit intelligibilis, et possit intelligi, quod non obstat quominus sit necessarium Verbum productum per actum intellectivam, quo formaliter reddatur intellectus quasi activè intelligens objectum ex se passivè intelligibile. Ad 3am probationem Respondeo Verbum non esse objectum immediatum intelligatur prius quam essentia Divina Ut sat. 1. ostendi, neque con. est terminus requisitus ex parte objecti, quo redditur intellectus intelligens per modum objecti aut tanquam signum

instrumentale sed quatenus se ipso formaliter praestat effectum formalem cognoscendi, quod praestare non potest essentia Divina cum non sit intellectio neque Verbum, potens reddere intelligentem creatum intellectum sicut neque Deum reddit intelligentem. Visio vero increata non potest reddere intelligentem intellectum creatum propter dicta art. 2. concludo igitur essentiam Divinam esse immediatam in ratione obiecti, quia nullum aliud mediat obiectum inter ipsam et intellectum, non vero esse immediatam neque mediatam in ratione cognitionis formalis quia nullo modo se habet munus cognitionis.

Obj. 4° Visio beata non est proles memoriae aut intellectus beati quia non est Verbum; hoc enim dicitur proles edita per intentionalem generationem ex intellectu et obiecto hoc probat Scotus quia non producitur visio creata per modum naturae sed voluntarie a voluntate Divina ex quo causatur neque intellectio in spirando terminatur ad Verbum neque ipse Spiritus Sanctus generatur ut Verbum, quia intellectio voluntarie dicitur spirando, et ipse per voluntatem procedit.

Resp. ad partum intentionalem et Verbi cuiuscumque generis solum requiritur quod producatur expressa similitudo obiecti ratione cuius hoc Verbum ratione prolis intentionaliter genitus. sed quidquid sit de hoc, Spiritus Sanctus non procedit ut Verbum neque ut Filius quia non procedit ut intelligens atque adeo neque ut per modum naturae Divinae quia procedit per voluntatem. Intellectio vero in spirando non terminatur ad Verbum quia in Patre illius fecunditati adequate respondit Verbum Divinum ut terminus productus. Unde non est possibile

ad

ad aliud verum terminari igitur in intellectu beati per visionem naturaliter et necessario expressae similitudinis intentionaliter essentiae divinae et ex eo visio vera et propria intentionalis sortitur ~

57. Quaeres. saltem non implicat ut beatus videat Deum sine verbo producto quod re ipsa ita contingit, cum pertineat ad majorem perfectionem suae cognitionis; antecedens probatur quia in hoc nulla implicatio contradictionis apparet et praeterea id censet possibile pater Valentia pro opposita sententia relatus ~ Respondeo cum P. Suarez supra id implicare contradictionem, cum enim implicet nos videre Deum sine visione producta ab intellectu et in ipsa manente, implicet quoque hanc visionem esse increatam scilicet Dei; denique cum implicet eam visionem esse actum praedicamentalem solum sine termino producto, procul dubio implicabit ut non detur hujusmodi terminus productus, qui verus est quem gerunt divinam intuentes ~

Art. 5.

An sit una vel multiplex unitas specifica visionis ~

Sect. 1. Unitas specifica visionis beatae probatur ex authoritate.

Non desunt Authores qui existimant re ipsa dari visiones beatas specie distinctas. Joann. Maj. in 4 dist. 49 q. 10 putat ratione potentiarum specie distinctarum specie distingui visiones; atque adeo visionem qua Deum vident Angeli specie distingui a visione qua vident homines

sicut eorum intellectus spe distinguuntur. Paludanus eadem dist. q. 5 id probabile putavit et cogitandum reliquit et P. Herice 1. p. disp. 49 c. 5 nº 60 docet theologice in ratione beatitudinis eas visiones non distingui, physice tamen specie distingui, et pro hac parte retulerat nº 57 aliquos DD. qui ratione intellectus melioris existimant meliorem procedere visionem, sed non dicunt spe meliorem. hoc tamen dicent Major et Herice.

Medina 1. 2ª q. 5 art. 4 ad 2um dixit fortassis dari distinctionem specificam inter visionem qua Paulus vidit essentiam dei per modum transeuntis et inter illam qua vident beati permanenter. P. Herice 1. p. disp. 49 c. 5 nº 50 docet visiones obiecti secundarii specie diversi scilicet diversarum in spe creaturarum, quae repraesentantur per visiones eas differre spe physica non tamen specie theologica in ratione beatitudinis desumpta ab obiecto primario. idem censebit P. Hurtadus disp. 5 sectione sect. 5 § 54 tendit actus intellectus spe distingui quoties obiecta materialia quae ab illis attinguntur spe distinguuntur.

Sit 1a ratio omnes visiones beatae quae reipsa extiterunt et existent secundum legem ordinariam modo sint in diversis spe intellectibus modo circa obiecta materialia spe diversa modo transeunter modo permanenter producantur sunt eiusdem speciei, tam physice quam theologice. probatur 1º ex authoritate S. Augustini lib. 2. epist. 111 c. 8. ubi docet ex illo Matthaei erunt sicut Angeli Dei homines Angelis coaequari in visione

sione beata. hec autem equalitas non potest esse in ratione materiali et individuali quae secundum Sanctum Aug. est in ratione specifica. non me latet illud [illegible] Sancti Mathei de equalitate non in visione sed in abstinentia a nuptiis interpretatos esse Sanctum Hyeronimum et alios SS. apud S. Thomam in catena Maldonado et inter Recentiores [illegible]. verum sententiam et explicatam Sancti Augustini [illegible].

Probatur 2° ex S. Tho. q. 9 de verit. art. 1. ad 4. dicendum quod in Angelis specie differentibus non " oportet quod sit lumen intelligibile specie differens sicut " et in corporibus specie differentibus est idem specie color " et hoc est precipue verum de lumine glorie, quod etiam " in hominibus et in Angelis est eadem specie. Preterea " 1. p. q. 12 art. 6. ad 3um refutat inveniens de dum inequalitatem visionum ex inequalitate potentiarum dicens et dat rationem quia hominibus promittitur in beatitudine equalitas Angelorum. ita etiam 3° contra gentes c. 57 ubi non adstruit equalitatem individuam ut patet ex art. 9. ostendens quod equalitatem specificam.

Probatur 3° ex [illegible] scholasticis quorum [illegible] preter paucos relatos in hanc sententiam abierunt. Recen[tio]res [illegible], reliquos ad recentiores remitto. ita Scotus 1. dist. 2. q. 3. ad 2um Durandus 3. dist. 24. q. 1. n° 4 et lib. 4 dist. 49 q. 6. n° 5. Mayron, Marsilius, Palacios, Capreolus, [illegible] innumeri alii quos refferunt et sequuntur P. Vasquez 1. p. disp. 47 c. 5. Suarez lib. 2. de atributis c. 29. Nabarrete [illegible] 92 § 1. Arrubal q. 12 art. 6. in [illegible] ubi [illegible] [illegible]

Becanus ttu 1. c. 9 q. 8. Granado ttu 5. de visione disp. 6. Salas 1. 2æ tho. 2. ttu 2. disp. 3. sect. 9 Aegidius tho. 2. lib. 11. q. 5. art. 3 ... & 2æ et alij Recentiores.

Neque P. Herice n.° 39 sibi plaudat existimans se non adversari D. Thomæ, quam solum aut agnoscit in visione unitatem in specie Theologica, et physica quæ scilicet duæ visiones conveniunt in ratione beatitudinis et assequutionis Dei, quæ solum a Theologis consideratur, quod quæ sit de specie physica, sicut homo et equus sunt ejusdem speciei logicæ non physicæ.

Nam ejus doctrina plane adversatur sancto Thomæ et aliis Doctoribus, nam sanctus Thomas expresse negat ratione diversorum intellectuum inæqualitatem specificam visionum; illud autem quod visionibus advenit et advenire potest ratione paris non est species Theologica hæc enim visioni advenit ex objecto sed species physica, quam major ex potentiis virtute existimabat quam hoc nomine impugnant omnes DD. 2.° quia in visione beata vere non est duplex species, altera physica altera Theologica, sed una tantum indivisibilis procedens indivisibiliter a potentia et tendens in objectum increatum ut ostendemus art.° 9. 8 si visio est eadem, non capiet duas species et Theologicam et physicam inquit deficit exemplum speciei logicæ et physicæ quæ reperiuntur in homine; in eo enim vere datur duplex ratio specifica; altera in ratione hominis constituta per essentialia hominis prædicata scilicet animal rationale altera in ratione universalis logicæ quæ habet proprie et dis-

tincta

stracta prout ea quae á Logico considerantur in repug-
nentia et respectu unius ad inferiora etc.

2° nam haec species Theologica et est generica
physica in qua conveniunt omnes visiones; et est particularis
species infima, quae inest omnibus visionibus: sed sicut
repugnat per te visiones secundum rationem particulares
non esse specie physica distinctas, ita etiam secundum speciem
Theologicam cum non sit duplex species in ratione parti-
cularis visionis: sed sicut non fiunt á D.D. visiones se-
cundum rationem particulares, sed secundum rationem intuitio-
nis Dei, et beatitudinis, in qua conveniunt generice omnes
Iure posses affirmare visionem esse fidem esse eius-
dem speciei Theologicae quae conveniunt in ratione attingendi
Deum et in ratione beatitudinis ut sic abstractae á bea-
titudine viae et patriae; quod sicut inauditum est ita etiam
non potuit cadere in mentem viri serio appellare visio-
nes eiusdem speciei ratione convenientiae genericae. Fateatur
P. Herice se cum illis Theologis velle disputare
Neque iuvat Hericem authoritas S. Thomae
1. p. q. 10 art. 9 ad 3 ubi aiens inter visiones se- »
cundum perfectionem magis attendi secundum ordinem »
quam secundum ordinem naturae, cum illa particula ma- »
gis sit separativa supponit S. Thomas etiam attendi in ani-
ma secundum ordinem naturae atque adeo ex diversitate
potentiae specifica desumere diversitatem specifica visionum.
Respondent n. Arrubal disp. 2a c. 2 n° 5 Suarez
Ragusa Cabrera ad eum articulum particulam magis

n. Sum. à S. Tho. comparatiue ad ut signat id, q. potius quæ acceptio passim inuenietur in sacris scriptoribus. ait q. potius attendi secundum ordinem gratiæ atque adeo nullo modo secundum ordinem naturæ? Ad dictum, q. sumatur speratiue ut fortasse sumitur sic n. explicat Cajetanus non colligi ex eo ttlo q. perfectio specifica attendatur secundum ordinem naturæ sed solum q. gradus in visione secundum perfectionem gradus in gratia perfectionis naturalis deg. art. 9

Sect. 2. eadem veritas ostenditur ratione à posteriori

Probatur q. 2. ratione à posteriori nam si visio Angelorum melior esset in specie quam visio hominum sequeretur q. nullus homo posset adæquare perfectionem visionis Angelorum et beatitudinem eorum essentialem, implicat n. ut species inferior per quemque individuum adæquet, nedum excedat speciem superiorem; sed sequens est plus quam falsum, q. illud ex quo sequitur, minor probatur ex D. Aug. relato sect. 1. et præterea ex S. Tho. 1. p. q. 108. art. 8 corpore et lib. 3. contra gentes c. 57 fine et lib. 2 sententiarum dist. 9. q. 1. art. 8. ubi dixit esse sententiam erroneam dictis sanctorum aduersam et sapere hæresim q. homo non possit adæquare et eos excedere visionem Angelorum et ideo in ecclesia canitur de
n. beata virgine exaltata est sancta Dei genitrix super
" choros Angelorum ad cælestia regna et quod dicitur Math. 22 n.o 30 erunt sicut Angeli Dei, et Lucæ 20 n.o 36.

E

[Equales n. Angelis fiunt] que ita a Sacra scriptura
intelligantur sive de equalitate in causa nuptiarum
verum etiam a S. Augustino epist. 112 c. 8 et a d. S.
Tho. modo relato de equalitate in visione per quandam
acomodationem intelliguntur. tandem apocalips. 21. n° 17
dicitur mensuratus murus celestis Hierusalem arundine
aurea mensura hominis que est Angeli id est equaliter homines
cum Angelis mensuratos secundum proportionem meritorum. ita P.
Alcazar ~

Hujus rationis varias solutiones tradunt 1° P. Vasq.
et P. Arrubal existimant evasionem esse sufficientem
hujus argumenti si asseratur Angelo, qui perfectiorem habet
intelectum, minus luminis tribui pro quantitate perfectionis
specifice intelectus quod ad illius visio adequetur visioni hominis
equalia merita habentis. sed displicet nam eo ipso quod sint
equales in meritis sunt etiam equales in intensione gratie et secundum
dum legem ordinariam etiam in lumine glorie, quod sicut alij ha
bitus commensuratur cum gratia, et ea equalitas inter visiones
constitui non potest in equalitate luminum, si merita sint equalia

Confirmatur 1° nam si detrahatur Angelo gratiam lu
minis ratione perfectionis intellectus majoris que Angelo
inest, injuria ei irrogaretur; cum n. ~~[illegible]~~ perfectio in
telectus Angeli debeatur illi naturaliter, et propter merita
equalia cum homine debeatur etiam tantum luminis quantum homini sane
quantum adimatur luminis, tantum deerit justitie retributionis
quam exercet Deus respectu beatorum, ex qua appellatur ab
Apostolo in retributione corone justitie, justus judex. Preter
tum cum Theologi fateantur Deum conferre premium etiam
ultra condignum, mensuram bonam, confertam coagitatam

o superexcedentem differentiam. 2.º nam quantumcumque adima-
tur de Lumine visio Angelorum semper manebit superio-
ris speciei visione hominum, et haec non poterit adequare
visionem Angelorum. Alia 2.ª hanc solutionem afferam sect.
9. sect. 9.

2.ª solutio P. Molinae quamvis Angelus
accipiat equale lumen cum homine equalium meritorum
temperabit tamen Deus concursum effectivum neque illum
afferet juxta exigentiam perfectionis specifici intellectus
Angelici, sed ita ut potentia naturalis Angelica non am-
plius concurrat quam intellectus humanus. Sed displicet 1.º
quia sine fundamento eam attemperationem concursus introdu-
cit, ut difficultatem aliquam fugiat. 2.º introducit quoddam
miraculosum; miraculum enim est quod Deus suspendat con-
cursum ex parte debitum causae, secundae concursum. Unde
3.º Angelus inferretur injuria in hac denegatione
et diminutione concursus debiti. 4.º quia nec sic suffice-
ret ad ponendam equalitatem, cum semper relinquatur
visio Angeli in specie superiori, atque adeo cum majori
perfectione.

3.ª solutio posset excogitari quod scilicet visio in-
ferioris speciei ratione differentiae individualis superaret vel
saltem adequaret perfectionem visionis superioris speciei
sicut accidens inferioris generis accidentis ut gratia
ratione differentiae specificae superat substantias creatas supe-
rioris generis; sed haec solutio assumit quoddam omnino
impossibile, nam cum perfectio specifica superet per-
fecte, formaliter omnes materiales et individuales per quas

post

post strahi, et perfectio specifica visionis humanae su
peratur a visione Angeli a fortiori etiam superabuntur
effectus materiales eius visionis humanae. Longe diversa ra
tio est in differentiis specificis extrahentibus, quae superant perfec
tiones quae dantur in ratione generica, imo ita fortasse contingit
in omnibus differentiis specificis, quae superant perfectionem
cuiuscumque rationis suae superioris quam stabiliunt.

4ª solutio P. Herice n. 62, nihil esse in ratione
et procedatur Angelis tribui majus praemium, seu melior
visio eis tribuatur quam hominibus, quia semper merita An
gelorum meliora sunt et perfectiora quam hominum; Angeli
n. merentur per actus fidei charitatisque etc. perfectiores et
ratione potentiarum quae procedunt, quam actus quibus homines me
rentur sed valde displicet quia deberat inaequaliter quod
ab omnibus vitari contendit. Et secundum hanc sententiam
P. Herice visio Dei genetricis non adaequaret visio
nem Angelorum quia afferetur propter merita inferioris per
fectionis quod S. Tho. reputat erroneum. Praeterea haec
doctrina non salvat quod Dei genitrix elevata sit super
choros Angelorum in gloria, quod nollem a viro pio et docto
pronunciari.

5ª solutio adhibet idem Herice nº 61. asserit
quod quamvis omnes visiones Angelicae perfectione specifica ex
cedant omnes humanas fieri tamen posse ut aliquot humanae ut
humanitatis Xpi Dni beatae Virginis etc. ratione melioris
luminis gloriae excedant in claritate visiones Angelicas
neque novum est quod cognitio pertinens ad speciem
superiorem sit minus clara quam cogni. inferioris

speciei ut patet in actibus sensus, hic spatiae actu visionis et aliorum sensuum externorum. posset addere actus intellectus circa colores obscuriores esse in caeco qui numquam vidit colores, quam visio ipsa expresse coloris quadrati, qui expressit ? judicavit de facie alicujus quem numquam vidit, et postea oculis intuetur. denique per actus fidei minus clare videmus quam per actus scientiae naturalis, cum tamen illi sint nobilioris speciei.

Sed haec solutio non satisfacit, nam quamvis in diversis generibus saepe contingat ut cognitio superioris generis excedatur in claritate a cognitione inferioris ut patet in exemplis adductis, quia perfectio superior nobilioris speciei potest ex alio capite quam ex claritate provenire sicut imago ex argento, licet imperfectior physice, potest perfectius et expressius repraesentare quam imago perfectior ex auro facta; caeterum intra idem genus visionis clarae et evidentis Dei ut est in se non est excogitabilis major perfectio specifica nisi ratione majoris claritatis et melioris modi tenendi et possidendi summum bonum, quod tunc melius tenetur et possidetur quo melius cognoscitur et penetratur. exemplum sensationis nihil obstat haec enim ad minus est ejusdem claritatis cum sensatione externa, nam neque oppositum experientia convincitur. cognitio vero intellectualis licet aliquando non adeo bene exprimat objectum, ac sensus externus, habet tamen aliunde unde ratione cognitionis abstractivae simpliciter excedat sensationes externas, scilicet quia tendunt circa rem absentem et distantem; et actus fidei excedit certitudine scientiae naturales. Ad 2um at vero visio angelica non habet ratione intellectus specia-

le

ale predicatum ingº possit excedere visiones humanas nisi agnoscat illam esse magis claram et evidentem.

Sect. 3. altera ratio ex eo quod neque ex objecto materiali neque ex potentia diversa possit differre.

Tandem probatur 2º quia visiones beatae ex nullo possunt specificam diversitatem accipere ab objecto sunt ejusdem speciei ac probatur nam in primis ex parte objecti in creati nulla in illas refunditur diversitas specifica, eo quod tendunt ad repraesentandum quidditative quidquid est formaliter in Deo et cum hoc sit unum idem et eodem genere repraesentationis quidditative per eas visiones attingatur nullam in eas diversitatem refundet.

Deinde ex parte creaturae materialis nulla diversitas dicatur; nam talis creatura exhibet ratione exigentiam luminis et objecti materialis quod repraesentandum est et si ex iis nulla adveniat diversitas neque etiam ex divino concursu. Demum neque ex eo quod perdurat visio beata in via in viator neque ex eo quod perdurat, si Deum in hac vita vide beata virgine et in beato Paulo, si Deum in hac vita viderunt nam eadem species visionis potest gloriae et ex divina dispositione aliquando transeuntes fuerit in ipsa vel statim desinere hoc n. accidentale est respectu speciei visionis, et magis naturale sit quod duret in aeternum.

Praeterea lumen gloriae est in omnibus beatis ejusdem omnino speciei ut expresse docuit S. Tho. sect. 2. ratio autem nullus qui potest dissentire, 1º quia ut ait S. Thom. proportionatur cum gratia cui debetur veluti proprietas aut praemium et sicut gratia est ejusdem speciei ita et lumen. 2º quia sine causa aut fundamento urgente non sunt multiplicandae species luminis

sed unum specie sufficit ad illuminandos diversos specie intellectus (sicut sufficit unus habitus fidei) et ad eos elevandos non solum ad videndum Deum, sed etiam ad cognoscendas creaturas, quae in essentia Dei repraesentantur, ideo ex parte luminis non potest diversitas specifica in visiones beatas refundi.

At haec neque ex obiectis materialibus diversis specie repraesentatis per visiones illas potest diversitas specifica advenire, ut P. Hurt. et Herice docuerunt, quibus tamen (quod sciam) inter DD. scholasticos qui propria marte opera mandarunt, ita censent, nam reliqui omnes vel rem explorata, aut tradunt aut supponunt quos non rettulerim [illegible] sunt et reputari possunt sufficiant rela f. sec. [illegible] qui propterea visiones omnes eiusdem speciei existiment.

Probatur nam obiecta materialia non conferunt ad perfectionem specificam actuum, et quamvis diversa sint specie, nulla ex illis diversitas specifica visioni beatae aut aliis actibus accrescet. antecedens probatur nam si conferrent ad perfectionem formalem et specificam actuum, nullo modo differrent ab obiectis formalibus, in ratione obiecti, haec enim dicuntur formalia quae conferunt actibus perfectionem formalem et specificam quam habent, nam sicut in composito physico forma sola tribuit illi speciem, ita in actibus formale tantum obiectum tribuit speciem, quod si tribueret etiam obiectum materiale non differret ab obiecto formali, cum omnes agnoscant magnam diversitatem in modo reddendi actuum inter obiectum for-

formale et materiale

Ad 2o nam obiectum formale valde assimilatur formae in composito physico et differentia in methaphysicis, sicut in eadem materia idem que genus sunt plures compositi et ratione formarum diversas species diversas induunt, ita quoque res tam naturales quam supernaturales sunt obiecta tam intellectus quam voluntatis et determinant diversas species actuum per diversitatem rationum obiectorum formalium ergo non ab ipsis materialibus rebus sed a motivis formalibus species determinatur.

Ad 3o nam intellectus non determinatur ad cognoscendum per iudicium et assensum ab obiecto materiali sed a ratione formali assentiendi, et similiter voluntas non movetur a quocumque obiecto quod diligit, nisi tamen a motivo propter quod diligit quod est 2a. Ad 3o quia nullus interrogatus quare diligat praestet assensum aliam responsionem exhibet per rationem obiecti materiale sed rationem formalem et medium propter quod assentit. idemque contingit in operatione voluntatis quod quasi illum ab illo formali obiecto speciem talis actus accipiat.

Probatur 2a nam voluntas secundum Augustinum S. Th. et omnes DD. habet pro specificativo adaequato suorum actuum finem tantummodo et rationem a qua movetur et ideo haec causa his est vera quando aliquis vult invisere Romanas ecclesias propter Deum dilectus ideo ille vult adire Romam quia Deum diligit, haec vero est falsa ideo vult adire Romam quia ratione honestum est quod ab obiecto formali tamen movetur et determinatur voluntas ad talis actus et ab illo tamen speciem accipiunt.

Ad 4 nam alias fundarentur species physicae ac ... infinitus, et non esset ratio quare illa voluntas ad Deum

et Honorem propter Deum, potius pertineret ad speciem charitatis quam Religionis si specificetur tam ab objecto formali quam materiali, nam illa duo objecta ex se determinant ad species physicas diversas virtutis honestas enim quae datur in visitatione ecclesiae ex se inclinat ad Religionem, bonitas vero Divinae ad actum charitatis ergo ille actus simul haberet duas species physicas religionis et charitatis quod implicat, quia unam tantum speciem physicam habet cum sit unus tantum actus individuus; sed non est possibilis species mixta aeque pertinens ad Religionem et charitatem, praesertim cum non aeque principaliter utrumque motivum determinet ergo habet solum speciem physicam charitatis ex objecto formali nullo habito respectu ad objectum materiale in ordine ad physicam speciem recipiendam —

Probatur 2° nam ea est eminentia intellectus et voluntatis prae ceteris rationalibus ut ipsi habito possint versari circa objecta specie diversa, et immediate ut sunt in se diversa, et etiam ut subsunt uni certae rationi formali objectivae, propter quam et sub qua tantum attingantur ab intellectu aut voluntate ergo quando versantur circa objecta materialia sistendo in illis et in quantum diversa sunt induent rationem diversorum objectorum formalium et actus diversos specificabunt, secus vero quando versentur circa illa objecta ut subsunt eidem rationi formali. ant. probatur quia in modo versandi circa objecta sub ea reduplicatione et praecisione nulla est repugnantia in potentiis rationalibus nam ex eorum tales sunt possunt

Ls

licito modo circa hanc rõnem modo circa aliam modo hoc
modo illo modo tendendi versari, idque contra
nemo est et experientia et in sensu ~.

Ex qua rõne tria inferuntur maxime considera
da primum quod intellectus et voluntas in sua operatione non
utitur determinate obiectis materialibus neque curat
de materiali eorum entitate sed solum movetur ab obiecto
formali et propter illud tantum operatur ~. 2um quod illa
obiecta materialia tunc attingit non ut diversa, sed
ut sunt unum et ut subsunt uni rõni formali. 3um
ex consequenti et quasi per accidens cum ea obiecta materialia
capacia sint terminandi actum intellectus et volu
tatis eo ipso quod attingantur ut subsunt rõni formali
obiter per cognitionem et volitionem attinguntur ex motione
obiecti formalis, in quo distinguuntur obiecta materialia intellectus
et voluntatis ab obiecto materiali sensuum v.g. a subsi
stante colorem. illud n. dicitur obiectum materiale visus
sed adeo per accidens respectu visionis, ut si destrue
retur manente colore visio invariata persisteret. at vero
obiecta materialia intellectus et voluntatis diversa, quae
attinguntur sub una rõne formali, licet sint omnino per
accidens in ordine ad rõnem specificam actus quoniam non
conferunt secundum materiale quod dicunt, non tamen sunt omnino
per accidens respectu entitatis actus, quod vere est tende
ntia determinata repraesentans et attingens talia obiecta
ita ut si aliquod illorum obiectorum abesset non persisteret entitas
talis actus. illud quod obiectis materialibus in actu respondet
non pertinet ad rõnem specificam physicam illius propter

45

s. dicta sed pertinet ad rationem differentia materialis
& individualem actus quam differentiam explicabo disp.
3. art. 2. dixi vero non pertinere ad speciem physicam
actus, nam plerumque in istis differentijs materialibus fun
dantur speciales quas docti Theologi appellant pure
morales; ex eo enim quod aliquis vellet adire Romam propter
seu bonitatem Dei ut rationem formalem praeter speciem physi
cam charitatis, quae datur in tali actu, tendentia
materialis, quae in illo reperitur in ordine ad ecclesiae
visitationem, quae continet honestatem religionis pruden
ter estimabilis ut actus religionis et speciem illius
licet physice non pertineat secundum rationem specificam
ad religionem ~

Probatur quod ratione efficacissima a posteriori
nam dilectio proxima propter Deum et Dei propter Deum
sunt eiusdem speciei, ut docet sententia cum
Sancto Thoma 2a 2ae q. 25. art. 1. item actus alius
fidei licet habeant obiecta materialia valde diuersa sunt
eiusdem speciei et similiter actus alius qui continentur
sub qualibet specie virtutis supernaturalis ut docent hic
docuerunt & etiam visiones diuinae essentiae, licet habeant
diuersa obiecta materialia. aut fortasse negabitur eo
iure, quo sequens negatur a P. Herice licet a P.
Hurt. expresse non negetur; quod si ab his doctoribus
negetur eorum sane ingenium suspiciam, id audaciam
suspectam habebo et verebor ne eorum sententia in re
tanti momenti contra reliquos Doctores sequentes ab alijs censeatur
temeraria ~

Tandem quod ratione potius intelectivae speciei
diuersae

diversae n. refunduntur in visiones diversitatem specifi
cam probatur 2º 8. Itterum nam actus vitalis quo vide
tur Deus procedit ab intellectu ut ab instrumento elevato et
necessario agente ex elevatione luminis gloriae et dispone[n]te Divi
na quod perfectio specifica visionis potius attenden
da est penes perfectionem luminis et non penes perfectionem potentiae;
Sequela probatur nam perfectio effectus specifica potius attribui
tur causae principaliter agenti, quam instro. huic n. nullo
pacto attribuitur nisi in quantum medio illo applicatur
diversa virtus eminentialis causae principalis. Ita
rea ex determinatione melioris speciei intentionalis me
lior actus producitur quia applicatur melior virtus objecti
et melior effectiva eminentialis intellectus, et propterea
ignis non producit meliorem calorem quam potest mediante
lumine producat quia non applicatur diversa virtus
specifica in calefactione sed vice diversi intellectus in
ipso non applicatur diversa perfectio specifica et
virtus luminis et producuntur visiones ejusdem speciei
ab intellectibus specie diversis —

Et nam sequeretur ex opposita sententia hu
manum intellectum non posse aeque bene videre Deum,
ac intellectus Angelicus, quod absurdum esse s. ostendi
mus. sequela 2º probatur quia inferior species quantumvis
crescat in perfectione individuali non potest exaequare
superiorem speciem quia perfectio individualis sicut
non potest superare perfectionem speciei quam contrahit
ita neque perfectionem superioris speciei, quam illa
quam contrahit. Et 2º nam quamvis intellectus An

spe differat,
gelica et humanae, non tamen impediunt, quia licet autem
sit specifice diversum, sed illum influunt, ut sub-
sunt eidem lumini ad modum quo diximus occurre-
re obiecta materialia spe diversa sub eodem motivo
formali quod non exprimunt in visione diversitatem speciei,
itaque quamvis ex eorum re ipsa concurrant ad visio-
nes ut principia a visionibus materialiter petita non possunt
non materialem diversitatem refundere denique art. 4. sit
3°. nam in via actus fidei charitatis etc. non procedit
spe diversi ex eorum, procedant a potentia spe diversa,
et neque visiones ex eorum procedunt ab intellectu spe
diversis, nec docet aliquis certum quod deferri non potest ob
novitatem nota ——

Non probo in praesenti rationem quam Granado.
5. et Sapolla dub. 2. n° 10 praeferunt scilicet non proce-
dere visionem spe distinctam, ratione intellectuum diversorum
spe, quia intellectus occurrunt per potentias obedientiales, quae
sunt formaliter supernaturales et ideo ejusdem speciei quoad
etiam visiones. sed existimo falsum potentias obedientiales omnes
esse ejusdem speciei. 1° quia potentia intellectiva non potest ele-
vari ad amandum Deum per actum charitatis, neque
volitiva ad videndum Deum et multo minus potentiae
obedientiales substantiarum irrationalium et insen-
sibilium quod fieri posset si illae potentiae obedientiales essent
ejusdem speciei. 2° nam licet potentiae obedientiales maneant
in hoc, possint elevari ad producendos utcumque
des effectus non implicantes, etiam potentia intellectiva ad producen-
dos volitiones supernaturales in voluntate, et volitiva ad

in

intelectus supernales in intelectu, non tamen intelectus ad volendum nec voluntas ad intelligendum quod non provenit ex diversitate in ratione specifica illa- rum potentiarum obedientialium. 3° nam potentiae obedientiales specificantur ab objectis; at singulae habent distincta objecta ut patet in vitalibus; et etiam in quibus cumque in ordine ad receptionem formarum, neque enim possunt quas- cumque recipere. 4° nam potentiae obedientiales non sunt formaliter supernales ut dixi p. 1. de incarnatione observavi ideo quod ad intrinsecum non differunt a naturalibus, quia sicut specie differunt ex diverso specificativo naturali, etiam in quantum obedientiales, ut sic enim non accrescit illis peculiaris perfectio distincta a naturali neque enim adeo magnum est et praeexcellens quod concurrant ad effectus supernales ut instrumentaliter elevatae —

Sectio 5 an, quod sint diversitatis specifi- cam ex diversitate potentiarum —

Dico 2. ex S. Thom. Eximie quodlibet potentiae vita- les etiam ejusdem generis specie distinguuntur, ab usque etiam vi- tales itaque specie differunt, sed intelectus Angeli ab intelectu hominis et intelectus unius Angeli ab intelectu alterius specie distinguuntur, ergo etiam visiones Dei a talibus procedentes. major probatur inductione nam ita dicitur in actibus vitalibus naturalibus procedentibus a potentiis specie distinctis, differunt enim specie quotiescumque potentiae specie diffe- rant. quod provenit ex majori connexione quam habent actus

vitales cum suis ptis, sine quibus sine illis vix possunt existere. q. non reperitur in calore et similibus effectibus, q possunt eidem spe a diversis ptis causari.

Et dicas disparatum esse quod sint potentiis comparatis ad actus supernales ad quos concurrunt et instr.a per spes obedientiales. Cae est 1a affirmatio nam spes obedientiales sunt etiam inequales quotiens naturales cum quod identificantur inequales sunt ut recte Henrice disp. 49 c 4 n. 50 et id tandem fatetur Granado tt.u q. de visione disp. 4. sect. 3. § et inequalitate prius actus procedent etiam supernales, inequales. Cae est 2a affirmatio nam instr.a quoque solent conducere ad actus in spe variandos, ut sine illorum affinitate adequatum prius spe diversum et propterea ex diversis, spei intentionalis variant in spe actus vitales sensuum et intellectus. Una est 3a affirmatio nam actus vitales etiam supernales dicunt essentialem ordinem transcendentalem determinatum ad principia sua propria vitales et pro diversis illorum distinguuntur.

Cae est 4a affirmatio nam actus fidei q elliciuntur ab hoc sunt actus imperfecti et concrescunt q attingunt res spales per modum rerum sensibilium, secus contingit in actibus fidei, q elliciuntur ab Angelo similiter actus fidei elliciti ab hoc perspicaci et docto meliores sunt quam elliciti ab hoc Rustico, et propter meliores spes intentionales et propter meliores apprehensiones ip

ce

cedentes. 2ª est 3ª affirmatio nam potentiae vitales spe diversae postulant actiones spe diversas etiam quae efficiunt actus supernaturales quae etiam ipsi actus supernaturales spe quasi dentificanti cum actionibus ut putat S. Heerice; et propter conexionem maximam quam habet cum principio interiore effectus creatos —

7ª est 6ª affirmatio nam potentiae distinguuntur per ea suos actus et in ordine ad illos specificantur quae potentia angelica petit actus etiam supernaturales spe diversos ab actibus humanis potentiae. 2ª est ª affirmatio, nam actus supernaturales angelici conveniunt sub diverso genere superiori scilicet sub cognitione angelica et sic quae genere differt a cognitione humana ut sic. quae actus supernaturales angeli spe differunt ab actibus supernaturalibus hominis. Consequentia probatur nam cum genus pertineat ad perfectionem formalem rei, quae sunt diversi generis sunt etiam diversae speciei —

Ad argumentum dico sic cedendo majorem in actibus vitalibus quae debent procedere a principiis vitalibus naturalibus, ad illos non concurrant potentiae propria et naturali virtute et absque ulla elevatione propter conexionem etiam actuum cum potentiis et diversitatem specificam earum diversificantur. hoc tamen non contingit in actibus supernaturalibus illi etenim licet assimilentur naturalibus in stricta dependentia a principio vitali propter quam saltem absque miraculo non possunt sine principio vitali produci differunt tamen a naturalibus quia ad illos elliciendos potentiae naturales elevatione indigent, peculiaris qua perfectio actuum supernaturalium aliunde quam ex principio vitali efficiente desumitur scilicet ex lumine et habitu supernaturali. et ideo nullam varietatem

specificem accipit ex diverso princ. vitali, sed res
pectu illius se habet sicut calor et alij effectus qui
eadem specie a diversis princ. in specie procedunt. Et ex
hanc doctrinam explicanda est solutio que ab aliquibus
adhiberi.

Ad 2am confirmat. Resp. potent. obedientiales
identificatas cum potentijs naturalibus spe... inequalibus
esse secundum esse inequales quia secundum intrinse
cum non differunt a potentijs naturalibus. nihil omnino
non tribuunt specificas perfectiones diversas actibus
supernaturalibus quia respectu eorum concurrunt ut instr. et ideo
perfecte specifica luminis et habitus elevata. et
ideo non sufficiunt actus specificare. Ad 2am conf.
Resp. species intentionales ut potentes vicariam obiecti spe
cificare nonnunquam actus quatenus obiectum media
illa ut instr. connaturali et debito concurrit ad actum
et perfectionem specificam tribuit. aliter se habet pot.
vitalis et ipsa species, quia actus habet superiorem
et supernaturalem perfectionem, que sufficienter actus
ab alio princ. specificari potest ut instr. nihil formale
ad eam perfectionem conferente. ad

Ad 3am conf. Resp. ex ordine transcen
dentali actuum supernaturalium ad potentiam vitalem ut ad
connaturale subiectum et princ. vitale solum inferri
quod tales actus habeant ratione potentie diversae quandam individuale
conditionem, non tamen quandam formale hoc est ab alijs prin
cipijs tribuitur.

Ad

Ad 4am confirmationem illa diversitas in modo operandi per actus fidei non arguit diversitatem specificam inter actus fidei sed solum materialem et individualem desumptam ex diversitate specierum et apprehensionum naturalium improportionate determinantium dato vero unitas specifica desumpta ex illis ut ab actibus ex motivo formali non est. Ad 5am confirmationem dico ex diversitate illorum in intellectum non sequi diversitatem specificam actionum sed solum materialem et individualem, nam et actiones specificantur etiam ab agentibus non tantum ab instrumentis utrumque concurrere [illegible]; ex 9o c. opp. 5 de voluntate Dei art. 7 cum S. Arrubaldo [illegible] actiones propter diversos fines a Deo procedere sequitur diversitatem physicam [illegible] sed non specificam, ergo tantum daretur diversitas specifica in actionibus, non tantum in actibus vitalibus per illas causatis, qui ab illis tanquam a modis realiter distinguuntur more aliarum actionum. Discrimen est quia actus vitales non habent tam strictam connexionem cum potentia etiam instrumentali, quam habent actiones, quae modi sunt actuali respectu essentialiter postulantes eam instrumentum, determinatam et non aliam etiam per potentiam absolutam Dei actus vero vitales per potentiam Dei absolutam possent a Deo adaequate produci saltem intra potentiam intellectivam ea passive [illegible] se habente.

Ad 6am confirmationem dico [illegible] dici solutum potest specificari a collectione actuum tanquam ab indicio non tanquam a principio specificante; ut autem collectio actuum specie diversa sit sicut est potentia, non requiritur ut singuli illius actus specie distinguantur ab actibus aliarum potentiarum, sed materiales [illegible] quam perfectionis materialis potest commensurari nam [illegible] talium actuum tota collectio dicetur absolute diversa

Ad 3.m Rx cognitionem Angelicam

ut sic non esse rationem genericam respectu omnium cognitionum Angeli sed solum respectu earum quae specie distinguantur v.g. respectu naturalium et supernaturalium a quibus abstrahitur; humana vero quae et Angelicam, quae specie distinguntur, si tamen praecisse ab his abstrahatur ab Angelicis quae specie conveniunt cum humanis non habebit rationem generis sed solum rationem speciei contractae ad cognitionem Angelicam quae non tamen ab humana distinguetur.

Sect. 5. arguta quae probant diversitatem specificam ex diversitate obiecti materialis.

Arg. 1.m ex D. Thoma: Visio omnis beati attingit in divina essentia aliquot creaturas, visio alterius diversas specie creaturas et multas quo specie differunt illae visiones. Consequentia probatur nam sicut specie differunt obiecta ita etiam visiones. Si dicas non differre specie quia illa obiecta secundaria sunt et proterea nequeunt in visiones diversitatem specificam refundere. Contra est 1.a confirmatio nam voces hae obiecti primarii et secundarii a vulgaribus Theologis usurpentur ad huius argumenti et aliorum solutionem quae non satis debent esse Theologo accurato.

Contra est 2.a confirmatio nam per tales visiones vere attinguntur et exprimuntur creaturae ac respectu transcendentali respiciuntur sicut essentia divina ex eo quod exprimatur per talem visionem refundit in eam speciem ita etiam creaturae cognitae quae si non cognoscerentur aliquid essentiale deesset visioni. Contra est 3.a confirmatio nam in Deo cognoscuntur creaturae in Deo quia cognoscitur omnipotentia ut illas continens et si non cognoscerentur creaturae non cognoscerentur omnipotentia ut illas continens. Contra est 4.o nam visio quae

unius

attributum sine alio attingeret spe distinctae a dea, quae modo datur et ab alijs, quae alia attributa attingeret tum q attributa etq inter objecta secundaria competentur, q. etq visio ut terminatur ad creaturas ab illis spem desumit

Ad argum. 3 relata in eo dico, et sic respondit P. Herice 1. p. disp. 5. n° 54 non aliquis specificam distinctionem ex objecto secundario introducere quam q disp. 49 c. 3. n° 30 introducit. ad 1um confirmationem non vulgares sed magni et accurati Theologi inter eos S. Thom. scotq veteres quae eos et decantiores. P. Vasq. P. Sua. et alij magnum discrimen agnoscunt inter objectum primarium et secundarium in ordine ad actus specificandos nisi forte illos dicit accuratus Theologos. P. Herice autem etq Hurtado —. ad 2um visio beata ex eo q respiciat et exprimat has et illas creaturas respectum transcendentalem intrinsecum ad eas dicit, sed hic respectus non pertinet ad illius rationem specificam, sed solum ad individualem intra eandem speciem desq art. 9. constat vero non pertinere ad rationem specificam, q a creaturae sunt objectum materiale tum et rationem specifica actuum non desumuntur ab objecto materiali sed formali ut patet in actibus fidei, q sunt ejusdem speciei propter eandem authoritatem divinam q veracitatem circa diversa objecta materialia —

Ad 3um q cognoscere divina objecta praecise secundum intrinsecam q dicit et etq secundum q se tenet extra ea non arguit varietatem in objecto formali q est essentia divina sed in aliquo objecto materiali atque adeo non arguit in visionibus distinctionem specificam —

Ad 4um dico visionem q unum attributum sine alio videret, fore spe distinctam a dea, quae de facto da



ri, et absque quod aliud attributum videret, quod haberet obiectum formale diversum, nam quae de facto dantur habet essentiam divinam pro obiecto formali, illa vero qua videret solam immensitatem haberet solam immensitatem pro obiecto formali etc. et similiter ea qua videret solas creaturas ab illis specificaretur et specie distingueretur per diversitatem creaturarum; at vero visio qua attributa unum et plura intuetur et propter essentiam, ut propter obiectum formale cognosceret, non differret specie ab ea qua creaturas intuetur quia obiectum formale idem est, et consequenter eadem ratio specifica in visione resultaret —

Obiicies 3º ex P. Hurtado disp. 5 de anima sect. 4 § 3 plura fundamenta quae attendit ex diversitate obiectorum materialium diversitatem specificam actuum conferri. 1º quia S. Tho. 1. p. q. 1. art. 3. et q. 77 art. 3. distinguit visiones corporeas specie penes diversitatem colorum quae sunt obiecta materialia. 2º quia Nominales et P. Molina 1. p. q. 1. art. 3. disp. 3. § permittendum est vero dicunt specie distingui religiones quae ex professione specie distinctis dedicantur. 3º quia Suarez disp. 9. metaph. sect. 3 nº 26 docet aliquas virtutes distingui per obiecta immediata etiam materialia —

4º quia aliquae plures distinguuntur specie ab aliis religionibus, ut notum est, et etiam inter se, quamvis habeant idem obiectum formale, ergo probatur nam omnes habent idem obiectum formale cum aliis religionibus a quibus distinguuntur. 5º nam ad cognoscenda duo obiecta materialia specie diversa concurrunt duae species intentionales specie distinctae, ergo cognitiones etiam specie differunt. Consequentia probatur

sbatr namq 2o quia proprie differunt spe et n sunt in linea subordinatae ut sunt duae spes intentionales quae inter se n subordinante necessario determinant ad effs spe diversos in actu 2o sicut in actu 1o ad diversos inclinant. Similiter quando duae premissae spe diversae determinant ad duas ccles, quin obstet unitas specifica obji formalis —

6o nam cognitio risibilitatis differt spe a cogne admirationis, ut patet 3o a posteriori utraque proprie las cognoscatr per suos effs, et illae cognitiones sunt sub eadem rne formali formae rationalis, et 2a pbatr nam utraque illa cognitio het terminum spe diversum quem tam proprie et determinate repraesentat cum transcendentali respectu, quam alterae premissae ...a obja et duae visiones duos distinctos colores, sed premissae et illae duae visiones spe distinguuntur ex objs et etiam cognes illarum duarum proprietatum. —

7o volitiones immediate terminati ad obja spe diversa distinguuntur spe et idem erit si sint sub eadem rne formali, patet illa quia qd sint sub eadem rne formali non tollitur quin sint verae repraesentationes talium objorum. pbatr nam eadem rnem pt determinare formam universalem ad effs spe diversos, ut apprehensio eadem ad assensum et dissensum; judicium idem ad odium et amorem; spes impressa hois determinat Angelum ad cognitionem hois et leonis, et idem objum formale pt determinare ad actus spe diversos circa diversa obja materialia —

8o repraesentatio obji A praedicatur unequivoce de hac et illa repraesentatione obji materialis A et

est ratio specifice respectiva illarum. Sic namque modi determinate connotantes terminos specie diversos specie differunt et ita cognitiones representantes objecta materialia specie diversa cum illa ordine aliquo et determinato respiciant.

Hec P. Hurtado ad 1um Respondeo si specie colores distinguuntur ego quoque cum S. Tho. visiones illorum specie distinguo quia immediate per visiva motas et determinata ab istis coloribus (licet presupponat medium illuminatum, sed non ut rationem formalem adequatam) quae non solum habent pro motivo objecta materialia sed etiam formalia, et de his objectis loquitur P. Suarez. P. vero Molina expresse loquitur de cognitionibus que habent propria specie distincta, a quibus et non ab objectis materialibus specie distinguuntur, unde patet ad 2um et 3um.

Ad 4um Respondeo negando sequelam ad ejus probationem Respondeo principia et conclusionem non habere idem objectum et determinativum formale. principia enim specificantur ab apprehensionibus, et earum objectis; conclusio vero a propriis formalibus, quia est cognitio per aliam et post aliam. Ad 5um Respondeo duo principia specie diversa inferunt conclusiones specie diversas; dum ita specie intentionales specie diverse si connaturaliter determinent immediate, seu modo diversitatis exercebunt et efficient cognitiones specie diversas: aliquando tamen non ita contingit quia earum virtus limitatur et attemperatur ad cognitiones unius speciei, licet individualiter diversas; limitatur autem ab altero principio et motivo principaliter concurrente et coarctante ac determinante virtutem indifferentem intellectus ad eandem specificam perfectionem illis actibus tribuendam. Ut patet in assensu fidei qui prestat diversis veritatibus ma-

te

materialibus specie diversis intellectus in posterius illarum veritatum speciebus intentionalibus diversis elicit duos actus innixus praesertim authoritati divinae et ex ea tantum certitudinem et perfectionis specificam illius actus reddat.

Ad hujus si cognitiones visibilitatis et admirationis sint sigillatae a priori ex cognitione ejusdem radicis specificae utraque scilicet erit ejusdem speciei quia eidem speciali principio innititur; aliter contingit quando inferuntur a posteriori ex effectibus ipsarum quia hi et eorum cognitiones differunt specie. Ad confirmationem respondetur cum duae praemissae immediate respiciant duo objecta specie diversa, differunt specie et duae visiones quae immediate repraesentant duos species colores; quod non contingit in cognitionibus illarum duarum proprietatum quae illas repraesentant ex determinatione ejusdem principii formalis et propter illud, et ideo cognitiones talium objectorum dicuntur mediate, et generaliter intellectus et voluntas specie non [?]nales cum possint rem displicere unam rationem formalem sub qua tamen et propter quam attingant objecta materialia diversa eo ipso determinantur ad unam speciem tantum pluribus cognitionibus differenda, quae determinatio fieri potest videre ex diversa applicatione libera in via et necessario in patria per lumen gloriae ad videndum Deum et per visionem ad eundem adhaerendum quod dicitur objectis materialibus; ab his tamen adveniunt aliqui speciales respectus transcendentales intrinsecus spectantes non ad specificam sed ad eorum rationem materialem seu individualem.

Ad 3um respondetur negando consequentiam ad ejus probationem respondetur ex cognitione alterius non ved

sente immediate cum obiecto materiali sed cum illa
ut subsunt tali rationi formali ex eo quamquam termi-
nent intellectum non tamen determinant neque exercent cum
operatione intellectus vim determinativam diversam specie quam
habent; sed solum determinat et movet ratio formalis et
obiectum materiale non nisi sub illa ratione formali et propter
illam et ideo actus procedit cum specie quam tribuit obiectum
formale et non cum specie quam aliquod obiectum materiale
possit tribuere si immediate et ut obiectum formale
ai motivum attingeretur et in hoc assimilatur illis deter-
minativis, quae afferuntur in arg., et possent ad actus
specie diversos determinare: positis scilicet diversis conditionibus
et circumstantiis, aut causis. Unde patet ad confirmationem
ad. —

Ad 2um r. non solum ratio specifica praedicatur singulariter
sed etiam ratio individua quando dantur plura individua, quae
participant unam et eandem rationem individuam. Sic ratio
hominis masculi praedicatur singulariter de pluribus masculis et non
de feminis, licet non sit ratio specifica diversa, ut docent iterum
q. 3. art. 3. Similiter representatio A. si non habeat
rationem formalem diversam praedicatur singulariter ut ratio individua
quae potest reperiri in pluribus representationibus A. nam
specie distinctis a representationibus B. si non adsit ratio
formalis diversa, sed ipsum A. et B. immediate determi-
nent ut rationes formales diversae.

Ad 3um. In modis quoque quantumvis determinati-
vis et affixis ad suos terminos specie diversos reperitur
quandoque unitas specifica, licet respiciant terminos
specie diversos. Sic visio hominis et leonis non differunt specie
secundum plures DD. sed esto hoc in modis numquam

qu

stingat, aliter attingit in cognitionibus, quae licet dicant repre
sentationem et respectum actualem ad objecta materialia ab
illis tamen non accipiunt speciem, quia non respiciunt ea ut diver
sa sunt sed ut subsunt et conveniunt in una ratione formali
ut dictum est. quam rationem formalem intellectus et voluntas
ut potentiae immateriales sic respiciunt et subtilius et non aliter
possunt attendere ad objecta materialia; quamvis necessario et ex
consequenti ea objecta materialia per respectus transcendentales
actuum attingantur. at vero modi materialiter attingunt subjecta sua
lectis et constant suos terminos nulla facta in illis redu
plicatione aut praecisione alicuius illius rationis, sed ut sunt in
se diversi et propterea a terminis specie diversis diversitatem
specificam accipiunt.

Sect. 6. Ult. et novum arg.

Obj. 4. his vocibus objectum formale aut materia
le etiam me consentiente desumptis, omnia a partibus compositi
physici et methaphisici formalibus aut materialibus. sed non
solum forma et differentia compositi physici aut methaphisici
sed etiam materia et genus conferunt ad perfectionem specificam
illius ergo etiam objectum materiale. minor probatur nam homo
essentialiter secundum rationem specificam dicitur corporeus ratione
materiae et dicitur etiam vivens sensibile ratione generis animalis
quod includit ergo actus qui versantur circa objectum materiale et forma
ta ratione materialis accipient aliquod praedicatum specificum
et essentiale, ergo sic genericum atque adeo duae visiones
versantes circa easdem creaturas accipient ab illis aliquam
rationem formalem saltem genericam. consequentia probatur nam ver
santur circa istas creaturas secundum rationem in qua conveniunt
scilicet ut subsunt eidem objecto formali ergo accipient unam
rationem in qua conveniant.

Resp. ... nam si duo composita physica v.g. duo homines

habent eandem formam specificam diversas v° spe ma
rias ut est possibile plane tales hoēs spē differrent in
esse physico cum claudant prædicata spē diversa scilt
marias diversas, & si hio aliq conveniant in eodem obj̄ for-
mali habent v°. diversa spē marialia, spē distinguentia
Psi 2° nam genere diversa inferunt specificam distinctio
in composita methaphisicas verum est q differentiæ esset
ejusdem speciei ut hoc corruptibilis differret spē ab in
corruptibili ratione generis q conveniret cum illo in eadem
differentia rationalis & alia differunt spē q objectum formale
sit idem dummodo obj̄ti marialia sint diversa. —
Sed objectum formale et mariale in aliquo assimi
lari pcte, physicis & methaphysicis in aliis v° differre
assimilatur in hoc q sicut de facto forma sola & differentia
specifica diversificat spē composita ejusdem generis non
v° mariæ neque genus ita objectum formale tm sufficit
diversificare alioq n v° objectum mariale, quod indicatur
ratione formalis. Item in hoc q sicut forma eadem &
differentia specifica existente de facto idem est specifice
compositum physicum & methaphysicum itaquoque existen
te eodem obj̄ti formali idem est species alioq quodque sit
de limite & diversitate obj̄ti marialis differentiis sicut in
aliis, sicut & in hoc quod q plura obj̄ta marialia conve
niant in hoc q subsint eidem rationi formali, hæc autem
convenientia n est generica sed specifica in ratione obj̄ti quia
eidem formali & specifico subsunt & ideo n differunt
ad diversitatem specificam. Similiter non accrescit ali
quo perfectio generalica ex eo q vergente ca idem
objectum mariale, q sub rationibus formalibus diversis.
et

ergo tunc in eodem obj.o materiali, diversae forma-
litates considerantur ergo objectum materiale non respi-
ciendo formalitatem determinat atque adeo per se ipsum
non confert ad perfectionem formalem. —

Ad 2.am confirmationem R. dando casum. Ut possibile
nem materiae quae modo datur in hoc differt specie a possibi-
li quae solum respiceret eandem formam hominis et for-
mam alimenti hominis. in eo autem casu posset dici 1o.
duos homines cum forma ejusdem speciei et materiis diversis
non differre specie neque physica neque methaphysica
quia materia non conducit ad illud compositum in quantum
diversa neque respectu illius diversitatem illam exercet
sed in quantum subest tali formae rationali tribuens tamen
composito esse materiale et extensum quod aeque tribuit a-
quaecumque materia et ideo hoc exemplum non infert aliquas
formas specie diversas per diversitatem obj.i materialis sed esto in compo-
physico detur diversitas specifica praecise ratione materiae specie divers-
ae. in eo tamen est disparitas in actibus, quod ratione objectorum materialium
diversorum ideo non diversificantur, quia versantur circa haec non
ut sunt in se diversa, sed ut subsunt eidem rationi formali
et propter hanc praecisionem non propter ipsorum diversitatem materialem
quae veluti per accidens se habet in ordine ad movendum et
determinandum intellectum et voluntatem. at vero materia
per se ipsa et absque illa praecisione constituit partialiter
compositum; unde cum ipsa in se sit specie diversa, diversifi-
cat compositum, quod absolute diversum est specie quaerendo vero
illam saltem partem essentialem specie diversam. —

Ad 2am conf. R. certum esse quod res aliqua duo
genera distinguuntur specie quoque infima distingui. Unde

q. assumitur scilicet posse dari duo composita methaphysica genere diversa quae habeant eandem speciei differentiam intimam est omnino impossibile, et ideo illa duo licet corruptibilis et incorruptibilis quae genere differunt specie quoque intime distinguuntur neque unquam possunt in eadem differentia rationalis; absonum est enim et a bona dialectica alienum ut genus det differentiam, differentia vero conveniendi [illegible] quare ex hac doctrina et exemplo non probatur minime aliquas species distingui ex diversis obiectis materialibus, licet habeant idem obiectum formale. sed dato et impossibili, quod species differant per genus ut per partem actualem componentem formaliter compositum methaphysicum; adhuc tamen non differrent per obiecta materialia, propter dicta ad 2um confirmationem. quia illa non ut diversa sed ut conveniunt in una ratione et ut subsunt eidem rationi formali respiciuntur —.

Art. 6.

Quem gradum perfectionis habeat visio beata intellectus creata.

Comparanda est cum aliis cognitionibus tam naturalibus quam supernaturalibus et cum speciebus aliorum generum tam naturalium quam supernaturalium, neque perfectiones singulas (esto sint specificae) visionis beatae in praesenti attingam, sed earum explicationem rejicio ad disputationem 3. in qua de praedicatis visionis beatae agetur —

Dicendum est 1o. visio beata excedit in perfectione ab unione hypostatica, gratia sanctificante et lumine gloriae. de unione hypostatica indubitatum est, quia mediante il-la

illa participat substantialiter natura Divina, e deberi Xpo Dno non solum gratia sanctificans sed etiam lumen gloriae et visio beata. Ut disp. 5 de incarnatione art. 5 docui, et visio beata ut potest debitum unioni hypostaticae veluti radici substantiali illa est imperfectior. Sed nam ratione dia unione hypostatica hoc dicitur vera Deus et adoratur adoratione latriae humanitas Xpi Dni; at non ita hoc dignificatur per visionem beatam ~

Quod gratia sanctificans praecellat visioni beatae negatur a P. Molina 1. p. q. 12 art. 5 disp. 5 ad 2um obiectioni, Alvelda disp. 26 sect. 1 nº 3 et 4, Granado 1. p. tractatus de visione disp. 6 nº 6, Egydio 1. 2 tho. 1 lib. 4 de beatitudine art. 1 § 9 nº 66 et tho. 2 lib. 11 q. 5 art. 3 § 8 nº 34 ubi salas tractatu disp. 2 sect. 4 ad 2um et Cabrera 3. p. tho. 1 q. 9 art. 2 disp. 4 § 4 nº 72. Sed mea 2º defenditur a S. Tho. 1. 2ae q. 110 art. 1 supra ubi docet non posse creari gratiam principaliter ab illo pro creato et creabili quia nullum ens creatum posse melius (ut requiritur ad esse principalis aequivoce modo) quam gratia ex eo, sit participatio divinae naturae supponit quod neque lumen neque visionem esse meliorem quam gratiam. Idem tradunt expresse P. Suarez 3. p. tho. 1 disp. 10 sect. 2 et disp. 14 sect. 2 § 2a et 3a et disp. 22 sect. 2 § fundamentum et disp. 31 sect. 4 § dicas et tho. 3 de gratia lib. 6 c. 25 nº 9 et lib. 7 c. 25 nº 4, Rumel 1. 2 tho. 2 q. 110 art. 1 disp. 4 § 5º mobetur et § Respondetur ubi sic dogmatice sa Deus q. 4 art. 8 pagina 585 et indicatur a Cabrera eadem q. 9 art. 2 disp. 12 nº 41 ubi supponit lumen gloriae esse passionem et proprietatem gratiae. Probatur

nem gra est participatio formalis divinæ naturæ quæ per modum naturæ confert quasi substantiale esse supernale et reddit hominem Dei filium adoptivum et illius hæredem, reliqui habitus ordinis supernalis ut lumen gloriæ et visio beata excedit in perfectione, quæ nescio dicantur. Consequentia probatur nam id quod dat esse supernale per modum naturæ et quod formaliter participat divinam naturam perfectius est quam id quod se habet ut proprietas et participat unicum tantum attributum Dei scilicet visionis et lumen intellectus, dices —

Dices ex S. Tho. 1. 2. q. 111. art. 5 in corpore secundum quantitatem absolutam donum gloriæ est majus quam donum gratiæ. Confirmatur 1° nam gratia ordinatur ad visionem ut ad finem; at finis solet esse nobilior. Confirmatur 2° nam beatitudo consistit in operatione essentialiter perfectissima —

Respondeo Sanctum Thomam sumere donum gloriæ aut glorificationis non pro sola visione beata, sed pro omnibus quæ in statu beatitudinis reperiuntur ut sic autem talis status claudit tam gratiam quam visionem et ratione visionis quam superaddit status est melior et majus donum. Ad 1am confirmationem quamvis finis ultimus quem intendit per medium esset quod perfectius quam medium sicut Deus perfectior est gratia non tamen finis non ultimus et tanquam adeptio quædam est visio; sicut potest perfectior ratione operationis nihil omnis dicitur esse propter operationem. Ad 2am confirmationem non consistit beatitudo essentialis formalis in optimo absolute sed in optimo per modum consecutionis Dei et sic se habet visio, licet in perfectione entitativa excedatur a gratia et unione hypostatica —

Tandem quod visio excedatur in perfectione a lumine gloriæ negatur a P. Fonseca tho. 5. meth.

tio. 7

lib. 9 c. 6. q. 4 sect. 4 ... Molina 1. p. q. 12 art. ... disp. 1. ad secundum ... Ubi Granado ... 5 disp. ... n. 8 et 1. 2. ... 4 de ... disput. 6. a Medina 1. 2. q. 51. art. 3. Ubi ... Salas ... disp. ... sect. 4 ... Egydio ... 2. lib. 9. 4 ... art. ... n. ... lib. 11. q. 5. art. ... n. 35 Martinez ... q. ... art. ... disp. 3. ad ... Montesinos disp. ... n. 55 et ab Alvertino tho. 1. ... 2. q. 6. ... et Amagistro albaldo 1. p. disp. 28 sect. ... n. 3. ... Ubi dicit lumen gloriae esse ejusdem perfectionis cum visione —

Sed nra ... Suarez ... Cumel ... Lorca ... relatis a ... disp. 9. c. 6. n. 33. a S. Arrubal 1a p. disp. 19. c. 7 n. 30 Cumel 1. 2. ... q. 51. art. 3. & 2. Mendoza q. 2. scholastica n. 11. & ... Alvarez lib. 7 de auxiliis disp. 56 et Alij ... 1. p. q. 12. art. 5.

Ratio est quia lumen gloriae concurrit ad visionem per modum habitus infusi; sed habitus infusus perfectior est suo actu quod ... minor probatur ex authoritate ... quam in habitibus supernaturalibus referunt et sequuntur Suarez 3. p. ... tho. 1. disp. 4 sect. 3 & ad ... probat ... et ... de auxiliis c. 4 n. 7 Cumel et Vasquez ... probatur ... quia habitus infusus respectu actus non solum dat facilius posse ... simpliciter posse et ideo respectu ... actus ... per modum ... et ... principalis ac proportionatus quod lumen gloriae est perfectius visione sicut habitus infusus respectu sui actus. ... probatur nam causa principalis ... quando equivoca est ... speciei non potest esse minoris perfectionis neque ... equalis sed majoris.

Dicendum est 2o visio beata excedit in perfectione

alia accidentia et modos supernales praeter dictas, etiam habitum et actum charitatis. ita DD. de 3ª praecedenti relati quamvis Egydius tho. 2. lib. 5. q. 10 art. putet probabile visionem excedi a charitate. probatur ratione nam visio beata est actus quo perfectissime consequimur summum bonum; charitas autem non est consecutio illius, et est tantum secundaria consequens visionem beatam, idemque censendum de reliquis supernalibus, et charitas est minus perfecta quam lumen gloriae et visio beata. probatur nam visio beata est suprema operatio intellectus et excedit in perfectione quarumcumque operationes etiam summam voluntatis sicut intellectus excedit voluntatem.

Neque obstant ea quae de charitate affirmantur a Sancto Aug. tho. 3. lib. 15 de Trinit. c. 18. et tho. 9. tra. 32 in Joannem et tho. 10 serm. 50 de verbis Dni c. 3. et S. Bernardo serm. 29 in cant. col. 2 illam scilicet esse donum Dei excellentissimum. nam vel sermo est de gratia sanctificante, quae charitas et charis nomine graeco, in sacro sermone appellatur et id tantum comparatur cum aliis virtutibus viatoris, quas charitas supernalis longe antecedit iuxta illud 1ª ad Cor. 13. nº 13. major autem horum est charitas.

Dicendum est 3º visio beata praecedit quoque res substantias et accidentia naturalia. de accidentibus nulla est controversia. de substantiis docuit Egydius Lusitanus l. 2. tho. 1. lib. 4 de beatit. q. 2. art. 1. ad 3m et q. 4 art. 1. § 9. nº 66. et tho. 2. lib. 4. q. 5. art. 3. § 8. nº 33. minus philosophice et falso dicit eas excedatur a visione beata. sed boni philosophi quam plurimi DD. gratiam praeferunt substantiis completis creatis et cum visionem beatam censeant nobiliorem gratia, consequenter meliorem substantiis completis existimabunt. ita expresse Molina 1.

p.

p. q. 12. art. 5. disp. 2. ad 2. P. Granado 2a. 2ae. tr. 3 de gra. disp. 6. Probanda vero est nra 2o ijs-
dem fundamentis, quibus id de gra affirmatur 1. 2. q. 113
art. 9 corpore ubi dee Recentiores. habet doctrina
S. Tho. 1. 2. q. 113 art. 3. ad 3. secundum "
rone suae speciei accidens quidem quod causatur ex prijs subiecti est "
indignius subiecto, sicut effectus eius. accidens autem quod causatur ex "
participatione alicujus superioris nrae, est dignius subiecto, "
inquantum est similitudo superioris nrae, sicut lux aer, ita homo "
" et charitas est nra, quod a fortiori affirmaret S. Doctor
de visione beata, quam perfectiorem charitate censuit.
Ratio probatur ex majori propinquitate ad essentiam
divinam, et participatione ipsius, quae inest visioni beatae
et consequenter lumini gloriae, et ex meliori effectu formali, quem praestat, reddit n. filium Dei nra, et cum
accidens sit rone propriis differentiis excedit quacumque substantiam
etiam Angelicam, quae minus assimilatur Deo, minus quae accedit ad Divinam nram. Quae vero contra hanc rem obijci possunt in materia de gra dissolvuntur, et cum leves momenti
sunt omittuntur in praesenti.
Dicendum est ulto. visio est simpliciter perfectior in ratione quacunque alia cognitione creata. haec 2o pars
est inter Doctores quos sequuntur P. Suarez 1. p. lib. 2.
de attributis c. 28 no 3. et c. 29 no 2. P. Salas 1. 2.
tho. 2. tr. 2. disp. 3. sect. 6. ubi Egidius, tho. 1. lib. 4.
de beatitudine q. 5. art. 3. § 2. no 7. et tho. 1. lib. 4.
de q. 5. art. 3. § 7. P. Granado 1. p. tr. 5. de visione Dei
d. 8 no 8. idque extendunt DD. quod docent, nec cognitiones creatas excedi a visione certitudine et evidentia. ita Suarez

Cajetanus 2.2ª q. 4. art. 8 fine. Ubi Lorca disp. 28 n. 8. et Torres disp. 42 dub. 2. Zumel 1. p. q. 12. ar. 6. disp. 1. dubio ult.

Probatur 1º pars nam perfectio evidentia et certitudo alicuius cognitionis desumitur ex perfectione obiecti formalis, habitus et speciei; sed haec praecellunt in visione quae praecellit certitudine evidentia et perfectione aliis cognitionibus creatis. minor probatur nam habitus et species cognitionum naturalium plane excedantur ab specie et lumine determinantibus ad visionem beatam ut per se patet. similiter reliqui habitus supernaturales; nam habitus fidei et prudentiae etiamsi sint per se infusi inclinant ad cognitionem habitam cum conversione ad fantasmata et ad cognitionem dei solum abstractivam et non ut est in se, quae excedantur a lumine gloriae, tandem nulla fit aut cognitio supernaturalis determinata per modum speciei aut obiecti formalis ab essentia divina sicut visio beata.

Probatur 2 in dictione nam in primis inter cognitiones naturales nulla est evidentior aut certior quam cognitio primorum principiorum; at haec excedit a visione beata et ratione perfectioris luminis. et ratione melioris speciei et obiecti formalis, et propterea intellectus neque quoad specificationem neque quoad exercitium potest suspendere assensum per visionem beatam cum possit in exercitio cohibere assensum primorum principiorum. 2º ex iisdem principiis visio beata excedit certitudine et evidentia scientiam per se infusam. 3º ex iisdem excedit certitudinem fidei, quia addit evidentiam, quia firmius adhaeret veritati quam si obscure tamen supponere fides; quod provenit ex meliori specie et perfectiori obiecto formali. ita DD. relati.

q.

Quod dicunt P. Suarez, P. Salas et P. Tor-
res fidei in ratione adhesionis certiorem esse visionem
quam fidem, non tamen in ratione infallibilitatis non probatur rela-
tionibus citatis, quia illud est magis infallibile, quod fir-
miori habet fundamentum infallibilitatis, at visio beata me-
lius habet fundamentum fidei divinam essentiam ut est in se
quae licet formaliter praecise excedit authoritatem divinam
obiectum formale fidei, quae suam indefectibilitatem nostro modo
intelligendi ab essentia participat. quae non convinceret, si id
illum ostenderet meliorem esse essentiam Dei, quam eius
authoritas praecise considerata, sed etiam esse magis indefectibilem
quae non formalitas intelligitur deesse divinae authoritati
praesertim si authoritas divina includat veritatem et relatio-
nem radicalem —

Art. 7

An per potentiam absolutam sit possibilis visio divi-
nae speciei.

Sect. 1. probabilior sententia eligitur.

Negant nobiles Theologi veteres et
Recentiores Durandus 4. dist. 49 q. 6. n. 5. Vincentius
de gratia Christi q. 3. art. 2. ad 6um. Caietanus 1. p. q. 12
art. 4 ad 3um. Zumel 1. p. q. 12 art. 6. disp. 2. Ubi Al-
velda disp. [illegible] sect. 2. et disp. 29 sect. 3. n. 2. Aqui-
na disp. 17 sect. 2. Tapia lib. [illegible] art. 3. dub. 2 n. 10
Suarez 1. p. lib. 2. de attributis c. 13 n. 10. [illegible] 3. de
[illegible] lib. 6. c. 13. n. 9 fine Salas [illegible] tract. 2. disp.
3. sect. 9 n. 38 et Cabrera 3. p. q. 9. art. 9 disp. 2 n.
10

Sed probabilius est possibilem esse visionem speciei diversam ab ea quae recipitur data: ita docent Paludanus 4 dist. 49 q. 5 n. 6. Bassolis 1 dist. 2 q. 1 & ad primum videtur, Aegidius 1 p. 3 q. 4 dist. 2 lib. 11 q. 5 art. 3 & 5 n. 9 Pesantius 1 p. q. 12 art. 6 disp. 2 nobilis 2 Granado tract. 5 de visione disp. 8. et illi doctores qui de facto eiusmodi visiones speciei dissimiles concedunt ut Major 4 dist. 49 q. 20 et S. Herice disp. 36 cap. 3 et 5 et Medina 1 p. q. 5 art. 4 ad 2um docuit fortasse eam diversam specie concedendum esse inter visionem qua beatus Paulus in hac vita et eam qua in patria videt Deum.

Probatur 1° eo quod nec aliqua ratio huiusmodi qui visiones excludunt nam sed (...) non implicat, ratio autem concedendum est ut possibile per divinam potentiam, sed possunt fieri visiones speciei diversae nec implicat ergo. Minor probatur nam implicationis rationes quas afferunt satis probabiliter dissolvuntur et solvuntur. Probatur 2° nam satis est probabile possibiles esse visiones intuitivas quae videant unam personam divinam sine alia, essentiam divinam sine attributis et personis et unum attributum sine alio, sed eiusmodi visiones specie differrent quandoquidem haberent obiecta formaliter diversa ut unum attributum tantum 2a ergo possibiles sunt visiones specie diversae.

Probatur 3° nam plerumque sunt distincti proprii et sui meliores dentur species et operationes meliores et dic. Angeli habent distinctos specie intellectus et intellectiones ab intellectibus et intellectionibus hominis ergo quandoque duae specie diversae maneant in eisdem specie potentiis et operationibus

Ut

ut equus et Leo conveniunt secundum dum plurali in seniam in spe per visionem; ad est possibilis diversa spe radix et plurium spe, cui deberet gratia et visio beata quae ressponderet illi possibilis erit visio spe diversa minor plurium nam unio hypostatica cum natura Angelica esset spe diversa ab unione hypostatica cum corpore xpi Dni illa n. esset pure spiritualis ut pote inter extrema spiritualia; unio vero cum corpore Xpi Dni ratione corporei extremi est corporea quae huic unio ni ut pote radici diversae supernali poterit deberi perfectior gratia sanctificans, perfectius lumen et visio beata perfectior.

Prob. 2o nam inter nostram gratiam et inter naturam Dei inter lumen et visionem creatam et inter divinam infinita distantia in perfectione intercedit, et possita nostra visione adhuc est imitabilis visio increata per visionem aliam creatam clariorem quae adhuc maneat finita et limitata et quacumque alia possita adhuc superest latitudo majoris claritatis qua visio beata possit magis et magis accedere ad perfectionem increatae visionis quae possibilis est visio Dei perfectior specifice visione quae de facto existit.

Prob. 3o ex dicto D. Thomae q. 20 de verit. art. 4 corpore ubi sic ait super ea quae Deus fecit ad " huc potest dissimilia facere et novas species et nova genera " et alios mundos. nec unquam id quod factum est facientis " virtus adequare potest. quae sicque virtus neque perfectio divina adequatur per lumen gloriae et visionem, quae de facto datur, superest adhuc in thesauris divinae potestatis alia visio aliud que lumen melioris speciei ex q. C.

t. p. q. res. arti. 5. conjecturum. 5. Thō. vidi senā dd.
in hac genere perfectionis creatæ data quali-
bet spē posse Deum aliam meliorem et meliorem in
infinitum videre ita Cajetanus. Molina. Zumel. Vazquez
et Granado. ... de Divina ... disp. 9. sect. 3.
nº 22.

Ex hac sentā et doctrā infertur non solum una-
visionem meliorem esse possibilem sed et plures melio-
res et meliores sine termino, quin devenire possit ad
summam, sicut in infinitum est imitabilis amplius et
amplius visio increata quin possit adequari ejus per-
fectio aut immitabilitas una visione creata. eodem
pacto censeo possibiles quoque esse visiones inferioris
spēi, quam illa quæ de facto datur, nam illa ... mu-
tua attributum videretur inferioris perfectionis esset, quæ
visio divinæ essentiæ. imo et divinam essentiam visio
quoque inferioris perfectionis possit reddi, imo imper-
fectiores et imperfectiores sine termino. Nam quam-
vis intra latitudinem finitam non sint infiniti gradus
determinati perfectionis, sed veluti proportionales tamen
possint visiones infinitæ reddi spē differentes
quarum singulæ determinatam perfectionem habeant, sicut
distantia inter genus animalis et genus angeli sit
finita possunt intra illam reddi spēs animalis per-
fectiores et perfectiores sine termino imperfectiores
quoque et imperfectiores sine termino.

Sect. 2. argū. quo probatur impossibilitas melioris
visionis.

Diū

Divus credidit probabilius esse quod sit impossibilis gratia sanctificans majoris perfectionis specificae quam ea quae de facto datur et consequenter impossibile esse perfectius lumen specifice impossibilem perfectiorem visionem, perfectiorem charitatem perfectiorem, fidem et sic de reliquis virtutibus infusis. Movebar aliquibus argumentis, quae in praesenti dissolvenda sunt cum oppositam sententiam protulerim in gratia divinae Spes.

1um arg.um desumitur ex parte objecti formalis; nullum n. est melius quam esse divinum quod nulla melior gratia possibilis est quam illius participatio, nulla melior visio quam illius intuitio etc. Resp. probatur nam ex esse divina ut ex objecto et termino formali specificatur gratia et visio ergo sicut est idem objectum indivisibile et ex parte illius nulla diversitas attingitur, ita etiam neque ex parte gratiae aut visionis reddenda erit diversitas. Resp. 2. nam in visione increata non datur multiplicitas in specie quod neque in visionibus creatis, quae illam imitantur. Rx v nam fides theologica habet pro objecto authoritatem divinam aeque constatam ex veritate et veracitate Dei cum alterutra in melius sufficeret ad fundandam fidei infallibilitatem. Idem de charitate habente pro objecto bonitatem Dei tam naturalem quam supernaturalem cum alterutra sufficeret pro objecto charitatis theologicae. Cujus ratio non potest alia assignari nisi quia hae virtutes debent esse omnino praestantissimae, atque adeo debent summam perfectionem habere ex habitibus illius motivis adaequate desumptam.

Resp. 3o nam stante eodem objecto non datur prius unde diversitas specifica in visiones refunderetur, nam

Si dicas eam provenire ex diversa claritate visionum. Resp. est 1º nam diversa claritas non arguit diversitatem specificam sed solum materialem aut individualem, ut patet in beatis inequaliter Deum videntibus. Resp. est 2º nam in fide et aliis virtutibus non datur claritas et non datur quomodo inde possit diversitas specifica dignosci et ex diversa claritate non arguitur in visione diversitas specifica.

Ad argumentum Resp. non obstante unitate reali obiecti illud propter summam et eminentem perfectionem esse multis modis attingibile per potentiam specie diversa atque adeo per visiones diversae speciei. et quamvis visio increata una sit et indivisibilis propter infinitatem tamen multiplex est perfectionibus et infinitis modis imitabilis; unde patet ad 2um confirmationis.

Ad 2am Resp. non deesse bonitas diversas propter quas fides Theologica postulet in caelo tam veritatem quam divinam veracitatem, quia scilicet utraque requiritur ad authoritatem divinam constituendam, quorum non maior ratio unius quam alterius in ordine ad authoritatem constituendam; sine authoritate autem ut motivo neque fides intelligi potest. attinet ad charitatem et alias virtutes, illae non solum naturalem sed etiam supernaturalem bonitatem attingunt, quia supernaturalis necessaria est ad tribuendam speciem supernaturalem virtuti, et naturalis praesupponitur ad supernaturalem; et per consequens quia virtus quae est participatio utriusque essentiae divinae ita charitas est utriusque appreciatio etc.

Ad 3am confirmationem diversitas specifica visionum consistit in diversa earum claritate, non in diversa materialiter, qualis reperitur intra eandem speciem, sed in diversa specifice ad modum quo datur diversa claritas in potentia a claritate lucis. unde patet ad 1um impugnationem. Ad 2am

in

in virtutes, charitatis dueassitas appareat in majori et excellentiore aproptiatione [illegible]. Similiter in aliis virtutibus.

3us arg.us

3us argum. visio beata est nisa summa felicitas et ultus finis creature rationalis et non datur alia melior possibilis. Prob. nam si alia melior esset possibilis, haec nisa non esset summa quandoquidem ultra illam datur alia nobilior quae etiam esset superior et ulterior finis ad quem esset ordinabilis creatura rationalis. Sed visionem visam esse et dici summam foelicitatem, quae est assequutio Dei summi boni, est ipsa assequutio summe perfecta, et possibilis est alia felicior haec autem possibilis non esset ulterior finis hominis utque; nam per visionem quae de facto datur sufficienter satiatur appetitus creature rationalis. Respondeo ex eo quod possibilis alia perfectior non sequatur, quod perfectior sit finis ad quem ordinetur homo et visio imperfectior, patet nam ex eo homo sit imperfectior quam angelus non sequitur [illegible] sit finis hominis, nam ad rationem finis requiritur, quod ipse ultimum sint ea quae dicuntur media, quod non repetit cum quae imperfectiora enti respectu perfectioris; atque adeo neque visio respectu perfectioris possibilis.

4us arg.us si possibilis esset visio melioris speciei, quam illa quae de facto datur, illa melior collata fuisset Christo homini, in quem Deus dona ornamenta, quae intra ordinem naturalem sunt, [illegible]; sed hoc est falsum, et illud ex quo sequitur. Respondeo sicut in donis naturalibus voluit Christus hominibus assimilari, ita etiam et in supernaturalibus; et sicut similitudo in natura decebat mediatorem Dei et hominis, ita similitudo in donis, quae sunt supra naturam.

Art. 8

De inæqualitate visionis in perfectione

mariali

Sect. 2a Visiones sunt inæquales in perfectione

individuali.

Non loquimur jam de inæqualitate perfectionis specificæ visionis beatæ, de qua satis superque in præcedentibus, sed de inæqualitate perfectionis individualis aut intensivæ aut extensivæ existimavit n. Jovinianus hæreticus omnes beatos æqualiter Deum videre et quia eorum merita sunt omnino æqualia et quia post 1am justificationem non amplius merentur. ita refert S. Hyeronimus lib. 2o 2a Jovin. et S. August. lib. 6. lib. de hæresibus, in 82 et Recentiores qui Hæreticorum et Hæresum Cathalogum edidere: ex alio prin. putavit Luterus merita omnium justorum et præmia esse æqualia quia scilicet æqualis est in omnibus justitia non intrinseca sed extrinseca, justitia scilicet Christi illis imputata. ita refert Sotus 4. dist. 49 q. 3. art. 2 et lib. 2. de natura et gratia c. 20. tandem Durandus 4. dist. 49 q. 2 [redacted] no 27. doctrinam Joviniani afferet et non dicit aut oppositum melius et securius esse, quod propterea reprehendendus est cum mitius cum Joviniano egerit, ejusque doctrinam ut hæreticam n. reprehenderit.

Dico: In pluribus beatis secundum fidem concedenda sunt et inæqualia lumina et inæquales visiones in perfect. ita censent DD. omnes Cathòlici sect. 9. re-

ste-

terendi — Probatur 2º ex S. Scrip. Hieremiæ 31. nº 34
" omnes cognoscent me a minimo usque ad maximum. Ubi S.
Hyeronimus perspicue ex contextu futurum Xpi regnum Pro-
pheta describit, et quia Xpus ipse est minimus et maximus. Si "
" omnes æquales futuri sunt. celebre est illud Xpi Joannis c. 14
" nº 2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. domo itaque
celesti gaudebit postea vado parare vobis locum. et accipi- "
" am vos ad me ipsum. Per illas autem mansiones intelligi re-
tiones inæquales docent Tertullianus adversus Gnosticos c. 6. S.
Irenæus lib. 5 c. 36. S. Cyprianus serm. 2. de habitu virgi-
num circa finem. S. Basilius de Spiritu sancto c. 16. S. Hyeron.
lib. 2 contra Jovin. S. Hilarius psalmo 64. S. Augustinus
tract. 67 in Joannem S. Cyrillus lib. 9 in Joann. c. 31. S. Greg.
lib. 9 moralium c. 39. S. Beda lib. de sancta virginit. c. 6.
S. Thom. 3 part. 1. et alii apud Toletum et Maldonatum.

Non minus est celebris alter locus 1. ad Chorinthios 3.
nº 8. Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum "
laborem etc. 15 nº 41. alia claritas Solis, alia claritas "
Lunæ et alia claritas stellarum; stella n. a stella differt "
" in claritate sic et resurrectio mortuorum. Ubi licet directe sit ser-
mo de gloria corporis inde tamen ~~[illegible]~~ arguitur ad gloriam animæ
ex qua ad corpus gloria derivatur. Et ita de inæqualitate gloriæ
absolute exponunt S. Ambrosius S. Chrysostomus S. Beda
Theodoretus, Primasius, Theophylactus et Ecumenius etc. S.
Hyeronimus et S. Hilarius 1. et S. August. lib. de sancta
virginit. c. 26. Vide Cornelium etc. Probatur 3º ex aliis
et Sanctis PP. ac Doctoribus; item concilium Thelense
coactum (ut putant alii) contra Jovinianum: quamvis id
neget Cardinalis Baronius. et concilium ~~[illegible]~~ Florentinum sess. ult.
In literis unionis etc. intueri clare ipsum Deum trinum et
unum

tiati est. meritorum autem diversitas alio alium perfectius.
supponitur a Tridentino sess. 6. c. 32. ubi definit
justificatum mereri vitam æternam et gloriæ aug-
mentum. cum ergo merita sint diversa, gloria quoque
erit diversa, et cum baptizati infantes, qui ante usum
rationis decedunt illud augmentum non merentur, inferiores
erunt adultis in gloria. eandem veritatem docent Sancti PP.
relati, quibus adjunge Tertullianum lib. de resurrect. c. 52.
S. Ambrosium epistol. ad Siricium Papam S. Aug.
lib. 3. c. 112. enchiridion et tho. 10 sermone 59 de
verbis Dni. S. Prosperum lib. 2. de vita contemplativa
c. 4. S. Thoma 1. p. q. 12 art. 6. ubi et illos in
sequentes qui alios antiquiores refferunt. Sicut nam sunt
pij inæquali pœna puniunt pro peccatorum inæqualitate, sic
præmiaj pro meritorum inæqualitate. Sacra autem probatur ex illo sapientiæ
6. n. 7. Potentes potenter tormenta patientur et n. 9. for-
tioribus fortior instat cruciatio. mathei 10 n. 15. tole-
rabilius erit terræ Sodomorum Sacra Apocalipsis 18. n. 6. et
7. duplicate duplicia secundum opera ejus Sacra quantum
glorificavit se et in delitijs fuit, tantum date illi tor-
mentum et luctum. etc.
Probatur 3.° ex ratione quæ affertur ex P. D. Thoma
ex quibus et alijs Lucæ 6. et 1. ad Chorintios 3. Sacra constat
pro qualitate meritorum quantitatem gloriæ tribuendam esse
sed merita fiunt et dum merita sunt inæqualia ut enim
deus est in pluribus hominibus statibus, idque supponit Triden-
tinum sess. 6. c. 10 et 16. et canone 24 quod inæquale
præmium atque adeo visio beata inæqualis erit retribuenda.
error Joviniani negantis merita Justorum ex D. D. sufficienter
confutatur et late in 2.a 2.æ q. 124. error autem Lutheri
ne

negantes justitiam nobis inhaerentem in meritis de gratia ratione cendum est.

Observatur tertio, rem extendendam esse etiam ad Angelos, in quibus inaequales visiones agnoscunt Origines 1o periarchon c. 6. S. Cyrillus Hierosolymitanus chatechesi 2. S. Basilius de spiritu sancto c. 16. S. Hyer. 2. contra Jovin. et omnes Scholastici cum magistro 2. dist. 9. et cum D. Tho. 1. p. q. 62 art. 6. Ratio illius non eadem est ac in hominibus, cum Angeli sua quoque gloria, meritis operaverint, et nihil obstet quominus inaequalia merita habuerint praesertim cum gratiam ad promerendum cum inaequalitate perfectionis naturalis acceperint. Unde in Angelis citra temeritatis et erroris notam non potest inaequalitas visionis denegari.

Dixi in re in pluribus beatis eam inaequalitatem reperiri. Nam, ait Paludanus 4. dist. 4. q. 2. art. 2 in aliquibus dari inaequalitatem, ita ut nullus alteri sit aequalis in visione, respicit citer ut falsum quod ei demit, quem sequuntur P. Suarez lib. 2 de attributis c. 20 no. 7. Albaldus 1. p. disp. 29 dist. 1. ea. Fagolus q. 12. art. 6. in martario n. 1. et Egydio 1. 29 tho. 2. lib. in q. 9 art. 3. Patet ex parabola vineae Mathei 20 ubi operarii acceperunt eundem denarium ut interpretatur S. Chrysostomus homilia 65 in Mathe. Origines homilia 10. S. Nazianzenus orat. 40 quae est in sanctum baptisma Cajetanus Maldonado et alii. Patet etiam in infantibus, qui cum sola gratia baptismi decedunt, illi n. ex nullo c. possunt inaequale praemium accipere. Item in sanctis innocentibus eodem baptismo sanguinis justificatis. Tandem in adultis inaequaliter aliquibus aequalia merita obtingere non repugnat.

Dices cum Paludano nullus est Angelus

beatus q. ab alio Angelo n. differat in quantum praemij, quod
tes etiam homines beati habent rationem inaequalem hominis praemiati
nam ut testatur S. Chrysostomus homil. 31. ad Rom. S. Pros
per lib. 1. de vita contempl. c. 4 et aliter Sancti PP. homines
assumuntur ad gloriam ad sedes pravorum Angelorum repara
das quae sicut illi in gloria futuri erant inaequales, ita etiam
homines. alias quo facto different inter se sicut stella ab stel
la differt in claritate. R. incertum esse das neque enim cons
tat Angelos bonos aequali perfectione cum gratia sibi colla
ta eidem cooperatos, praesertim cum sit credibile plures An
gelos et in natura et in donis gratiae fuisse aequales. ut obser
vat P. Herice disp. 99 c. 1. n. [illegible]. Sed quidquid sit non
est eadem ratio de hominibus qui nulla certa lege astringuntur ad
operandum aequaliter sed etiam inaequaliter; praesertim cum
eorum plurimi eadem mensura gratiae donati in baptismo itaque
alio merito decedant. Exemplum autem stellarum usurpatum ab
Apostolo non arguit in duobus inaequalitatem, sed in pluribus. sedes
autem Angelorum sufficienter reparabuntur numero hominum electorum
esto non qualitate meritorum ac gloriae, quia ad id nulla lex
nulla authoritas astringit.

Observabis ex doctrina S. Tho. 1. p. q. 108 art.
8. 3°. 3a gent. c. 57 et 2° dist. 9 q. 1. art. 8. erroneum
censeri et sapere haeresim si asseratur homines non posse adae
quare, etiam excedere gloriam Angelorum quod etiam censet
communis sententia scholasticorum. atque adeo ut multi homines beati
ab Angelis in gloria superandi sint, alij tamen eos aut aequa
bunt aut etiam excedent pro qualitate meritorum, quod praesertim de
beata Virgine exaltata super choros Angelorum P. ostendi

Sect. 2. Veritas praedicta ab argumentis propugnatur.

j.

Obj.

Obj. 2. pro errore Joviniani celebrem parabolam vineae et operariorum quae habetur Matth. 20 in qua adultos operarios ad vineae culturam meritis quae eorum est laborem in quibus existentibus, quandoquidem alii portaverunt pondus diei et aestus et alii novissimi unius horae spatio tantummodo de labori incubuerunt, nihil ominus cum sero factum esset idest in fine vitae acceperunt singuli eundem denarium et pares in remunerationem fuerunt, ita ut operarii primi conquesti fuerint propter hanc parem retributionem ergo nulla est inaequalitas beatitudinis in patria.

R. quocumque modo exponatur haec parabola eam veritati catholicae a nobis assertae non adversari. Respondet S. Basilius in regula breviori q. 6 quem imitati sunt S. Anselmus Matth. 20. Jansenius c. 102 concordiae et P. Vazquez 1 p. disp. 92 c. 4 et 5 parabolam hanc intelligi de vocatis ad gratiam inter illos non multos priores vocati sunt et videbantur electi postea damnati et alii qui videbantur novissimi et rejecti postea salutem assequuntur quia gratiae cooperati sunt. Ex quo explicatione nihil habet Jovinianus pro suo errore, cum sermo non sit de retributione gloriae.

Sed 2a hanc exposit. sic arguo nam 1o c. 20 et Lucae 13 (ubi eadem doctrina inculcatur) ex ea parabola eludit Christus Dominus quorundam respectus prae aliis, parabolam illum dirigi ad praedestinatos glorificandos in beatitudine, constat 1o quia hi bene laboraverunt, secundo quia mercedem acceperunt denarium scilicet. Unde dixit redde illis mercedem et tolle quod tuum est &c. 3o quia denarius signat beatitudinem.

secundum Eminentiam PP: neque aptè potest signari 2a voca-
tio tunc qua denarius datur in hac parabola ut merces ex
conventione. quia non spectat vocationem 1am. tunc etiam qua datur
pro labore et intuitu illius, non primum 2a vocatio.

Vera ergo expositio est ut omnes operarij sint predes-
tinati, quorum aliqui primo loco vocati per gratiam et diutur-
niore tempore laborantes non sunt praelati in praemio alijs
novissime vocatis et una tantum hora strenue laborantibus
qui consummati in brevi plura tempora expleverunt, et
diuturnitatem laboris aliorum diligentia et magnitudine la-
boris superarunt, et propterea fuerunt in praemio equales.
Unde non infertur omnes beatos fore equales, sed hos tantum
de quibus sermo est in parabola. in ea plura fundamenta dantur
ad colligendum in alijs inequalitatem praemij secundum proportionem
meritorum. 1o quia praedestinatos vocat operarios ex visa
illa mercede conductos, quod denotat mercedem labori adae-
quandam. 3o quia non est offertur justum fuerit, id est quod
meritis respondeat. 4o quia conquerenti respondet eque
homo non facio tibi injuriam tolle quod tuum est id est quod
tuis meritis debetur. tandem quia finita parabola ad-
jicit Christus Dominus sic erunt novissimi primi et primi
novissimi, fore scilicet in caelo primos et novissimos. quod
autem in hac parabola sermo sit de praedestinatis tantum
et per denarium mercedem beatitudinis intelligatur docent
omnes PP. sectione praecedenti relati et meliores scholas-
tici praeter P. Vasquez, vide S. Thomam 1. p. q. 1. art.
6. et 1. 2ae q. 5. art. 2. ad 1um et lib. 3. contra gentes
c. 58 et alios DD. quos refferunt et sequuntur P. Suar.
1a

2 p. lib. 2. de attributis c. 10 Pater Herice disp. 49
c. 12. et S. Kaselle q. 22. art. 6. dubio 1.

Dices 1o parabola concludit illis verbis multi sunt
vocati, pauci vero electi; ergo sermo erat tam de electis quam
de reprobis. Propterea Christus Dominus et Lucae 15. addidit, Pu
blicani et meretrices praecedent vos in Regno Dei, vobis ci
quam exclusis — Resp. semel constituto in parabola laboris et intes
tionis illis habendam esse rationem ingenerare non vero antecessionis
temporis in vocatione, recte Christus Dominus colligit similiter paucos
fore electos, quam plures in lege scripta vocati fuerint; item
Publicanos ac meretrices in lege gratiae postremo tempore
legis scriptae paenitentiam agentes Judaeis praeferendos esse, qui his
prius fuerint vocati et majore Dei cognitione illustrati.

Dices 2o, 1o vocati dicuntur murmurasse a Patre
familias quod illi non erant exaltati; beati autem primo libro certo
Spiritu nullo murmure contra Deum moventur. Resp. ex Sancto
Chrysostomo homil. 65 in Matth. in parabolis non oportet
nimia in singulis verbis cura perangi. plura enim in illis
inseruntur ad ornatum tantum et ex his idque humanitus solet
contingere et hoc facto murmur inseritur in hac parabola
Addit S. Chrysostomus alios introduxit molestè felicitatem "
eorum ferentes, non ut invidiae tabo morderi ostenderet, sed "
ut tanto illos honore frui demonstraret quantus ad in "
" invidiam alios repellere posset.

Dices 3o Pater fam. dicitur respondisse volo
et huic novissimo dare sicut et tibi, an non licet mihi quod
volo facere? quod denarius est gratia per voluntatem Dei collata,
non gloria et non ex ratione Dei pro meritis distri
buenda. — Resp. Patrem fam. prius supposuisse non fa
cio tibi injuriam quia attendit ad merita; addidit

v. Volo Da. dixit Pater Maldonado. Ut seruaret personarum decorum; si n. conueniebat personae Patris familias ut ultimi operarii deliberaret, cur tantum nouissimis quam primis daret, sed tanquam Dominus diceret, sic volo sic iubeo.

Dices 2o in hac parabola introducuntur des predestinati, et iis des unico denario donantur, ergo studium scribendi non esse inequalitatem in premio beatorum. Resp. non opus esse ut introducantur des predestinati, sed alii tm. in globo, ut significetur ille ordo vocationis et cum inequalitate temporis eadem qualitas meritorum. Sed quia S. Augustinus ttr. 6 in Joannem D. Tho. et alii SS. Patres docent sermonem esse de des predestinatis, inter quos sunt primi et nouissimi pro inequalitate meritorum quod sit de ordine temporis in vocatione: Vnu[m] tamen gloriae dicitur unus denarius propter duo; 1o quia unicum est summum bonum ab dds possessum ita S. Tho. Joan. 20 lect. 2. et alii scholastici. 2o quia omnes beatitudo equalem habebunt durationem eternitatis, ita S. August. quem viuendi non est diuersa in aeternitate mensura. Similiter Tertulianus lib. de monogamia c. 10. S. Hyeronimus 2o contra Jovin. S. Anselmus Mathei 20 et S. Tho. 8.

Obj. V. Si inter visiones beatas esset inequalitas sequeretur visiones aliquas beatas esse meliores aliis intra eandem speciem, sed hoc est falsum, probo illud ex quo sequitur minor probatur minor nam visio ignobilior non posset reddere beatum cum sit summum bonum, sed illa dat aliud bonum maius; at hic non nisi summum bonum potest beatificare. probatur 2o nam sequeretur beatum habentem visiones ignobiliores non habere appetitum satiatum, nam ap-

pe

petitu saltem innato adhuc appeteret meliorem visionem
quod officit perfectioni beatitudinis cujus proprium est plene sa
tiare appetitum, unde dicebat alter satiabor cum
apparuerit gloria tua. psalmo 16. n.° 15. idque passim
SS. PP. testantibus. probatur 3.° quia non assignabitur principium unde
ea inaequalitas procedat. Respondeo concessa majori negando minorem
ad 1.um probationem Respondeo non esse de ratione beatitudinis formalis
hujus visionis quod ea sit summum bonum sed de ratione beatitu
dinis objectivae, seu objecti quod per visionem possidetur, cum autem
objectum visionis etiam infimae sit summum bonum, ideo licet non
est in se inde fit quod quaelibet visio dicatur beatificare
et summi boni possessionem tribuere.

Ad 2.am probationem Respondeo nullum beatum appetitu elicito desiderare nisi tantum visionem suis meritis debitam
quin aliis melius videntibus invideat, quia certus est alias
visiones sibi non deberi et visione propria contentus ne
contra debitum quidquam inordinate desideret. Verum ap
petitu innato obedientiali (contra doctrinam disp. 1. traditam) sicut capax est melioris visionis et potens physi
ce melioris visionis recipere ita quoque potest divinitus meliores visiones appetere; sed cum ex hac potestate neque
anxietas neque ulla alia imperfectio nascatur non pugnat
cum statu beatitudinis talis appetitus, sicut neque pug
nat cum illo potentia obedientialis ad unionem hypostaticam se
non satiata: satiantur autem beati in patria tum quia ex parte
objecti nihil melius est quod desiderent, tum quia secundum
rationem specificam quae eminenter continet omnes individuales
nulla melior est visio secundum legem ordinariam quam

desiderent. Denique qa virtute suorg meritorg vident sibi amplius nil deberi, atque adeo nihil sibi amplius desiderandum. neque inconveniens est q. pro obedientia vis ad meliores visiones dicatr pxima & immediata in suo genere, quamvis remota appelletr a P. Molina 1. p. q. 12. art. 6. disp. 4. P. Vecano q. 9 de visione P. Salas 1. 2ae tho. 1. ttr 2. disp. 7. sect. vlt. Lusitano t. tho. 3. lib. 4 q. 29. art. 3. & 7. & alijs quatenus non est reducibilis ad aliam nisi virtute præstantioris luminis q non dum hent. Ad 3m constabit ex dicendis toto art. 9.

art. 9.

Ex quo pto proveniat hæc inæqualitas individuavis visionum.

Cum constet ex dictis visionum inæqualitatem esse intra eandem spem & disp. 3. art. 3. statuendum sit visiones dno esse indivisibilem tam qs ad extensiones, quam qs ad intensione, illis inæqualitas necessº futura erit in materiali seu individuali perfectione & ingressus in præsenti ex qo pro hæc inæqualitas possit in visiones refundi ne q alijs existimet impossibile esse id supponimus scil. dari posse inæqualitz individuale intra eandem spem proinde in 1º loco id permittendum erit.

Sectio 1ª. Sub eadem spe posse dari inæqualia individua pmittitr.

Non pauci neq ignobiles DD. censent impossibile inæqualitz individuale inter duo individua quæ heant

neant inequalitatem ... specifica, ita Cardinalis Toledo 3. de anima q. 11. P. Fonseca 5. metaph. c. 28 q. 16. sect. 2. Conimbric. 2° de anima c. 1. q. 5. art. 3. P. Hurt. disp. 2 de anima sect. ... § 75 et P. Salas 1. 2 Tho. 1° ... 2 disp. 5 sect. 7. n° 115 et habent alij DD. negantes inequalitatem animarum rationalium vel inequalitatem graduum intensionis et alicorum individuorum intra eandem speciem. Tamen falsa doctrina ... dictis a nobis disp. 9. de anima q. 5. art. 3. 2°. ubi de rationalium inequalitate et disp. 3. metaphys. ubi de unitate individua et materiali, et dicam disp. in toto hoc art. et in alijs quaestionibus Theologicis, ideo in praesenti sect. praemittendum duxi veram et certam mihi esse sententiam, quae asserit dari posse aliquot individua ejusdem speciei, quae habeant inequalem perfectionem materialem et individualem. ita S. Tho. 2. dist. 32. q. 2. art. 1. ad 3um et dist. 33. q. 2. art. 3. et clarissime 1. p. q. 85. art. 7 in corpore ubi ait de hoc quanto corpus est melius dispositum tanto meliorem sortitur animam, ubi plane agnoscit inequalitatem inter animas rationales quae ut patet sunt ejusdem speciei; eam vero inequalitatem agnoscere in substantia animae patet et ex verbis ipsis et ex ratione quam assumpsit ex eo animae specie diversae et meliores sunt quae meliores postulant dispositiones. eandem sententiam circa rationales animas docent ex Arist., Alberto, Ricardo, Capreolo Major, Egidius, Hispalensis, Lichetus, Abulensis, Xabellus Cajetanus, Ferrara, Valencia Vazquez et Suarez, quos toto citato de anima retuli. deinde Durandus Richardus Cajetanus Fonseca Suarez ... relati disp. 4 de generat. q.

q. 2. art. 3. & Hurtado disp. 2. de anima sect. 3. § 56. hanc etiam inaequalitatem admittunt inter gradus intensionis — Tandem privatim in visione beata hanc inaequalitatem individualem agnoscunt pater Suarez 3. p. tho. disp. 2. sect. 3. à § Verum & 1. p. lib. 2. c. 26 nº 21. Vas. Arrubal disp. 26. c. 1. nº 9º & c. 5. nº 22. Nabarrete contro. 44 fol. 285. colum. 2. Alvelda disp. 29 nº 29 & 30, & disp. 32. nº 17, 18, & 21. Herice disp. 49 c. 3. nº 26 & disp. 51. c. 5. nº 33. Fasolus q. 12 art. 8. dubio 22 nº 127 & Granado tr. 6. de visione disp. 1. sect. 6. nº 35 & 36. & Cabrera 3. p. tho 2. q. 10 art. 4 dubio 1. nº 4 & 40. & Recentiores et plurimi —

Ratio est quia aliquot entitates sunt ejusdem speciei quae plus inter se differunt quam aliae intra eandem speciem, ergo illae inaequales sunt & diversae in perfectione individuali cum non supersit in illis alia perfectio per quam diversificentur. Consequentia patet nam si inaequales non essent, sed haec essent aequales non plus inter se quaedam entitates differrent quam aliae. antecedens vero probatur nam omnibus animabus & gradibus intensionis inaequ. inaequalitas ex peculiaribus & propriis fundamentis convincitur deinde in locis cit. relatis; sine ea inaequalitas diversitas negari non potest in aliis individuis, quae magis ad rem nostram faciunt —

†. In primis in modis qui absque unione difficultate se ipsis afficiunt subjectis & praeter ordinem actualem ad subjectum dicunt hic alios respectus transcendentales determinatos ad terminos extra subjectum in his inquam modis plerumque contingit haec diversitas individualis. Nam

† memento unionum inter animam rationalem & corpus; & duorum calorum quorum eminenter potest se ipsum producere —.

nam quae respiciunt subjecta et terminos non diversos plus
inter se differunt quam quae distinguuntur non respiciunt quae
idem subjectum et eosdem terminos; v.g. duo Ubi quae Petrus
diversis temporibus in eodem loco acquirit, minus inter se distin
guuntur quam duo Ubi quae habet Petrus diversis temporibus
et locis v.g. Corduba et Hispali vel quae Petrus et Paulus
habent in eodem loco; nam Ubi Cordubense non potest hispali-
tanum dici possunt duo Ubi Hispalensia. Deinde Ubi Pe
tri non potest Paulum ubicare dicitur post Ubi ipsius Pauli, cum
et haec duo Ubi sint ejusdem speciei quia non habent propriam
aut terminum unde diversitatem specificam accipiant, quia
debeo illi termini et subjecta sunt ejusdem speciei ergo da
tur inaequalitas individualis inter illa Ubi. Similiter duae
actiones ignis A minus differunt inter se quam differt
ratio actio ignis A. ab actione ignis B. item duae visiones
Petri v.g. minus differunt inter se quam visio Petri ab
visione Pauli differat et sic de aliis modis; cum tamen haec
dicti aequales sint in perfectione specifica ergo etc.

Postremo magis ad rem nostram repraesentatio-
cognitionis aut volitio terminata ad Petrum plus differt
a cognitione et volitione Pauli, quam differunt inter se
duae cognitiones terminatae ad Paulum in diversis tempo
ribus aut intellectibus aequalibus, vel duae cognitiones termi
natae ad Petrum, nam inter duas repraesentationes Pauli
solum datur diversitas numerica, aut diversa haecceitas
tas cum omnimoda convenientia ex parte subjecti et termi
ni at vero inter repraesentationem terminatam ad Petrum et in
ter repraesentationem terminatam ad Paulum praeter haeccei
tatem diversam datur diversus respectus transcendentalis in

intrinsecos qa una respicit essentialiter Petrum et altera Paulum. Sed hic duplex respectus n̄ est spē diversus cum neque spā neque obiectu spē distin guantur, qd est maxialiter et individualiter diversus majori et inequali diversitate qd hec individualis inequalitas n̄ repugnat sub eadem spē in pluribus individuis. Unde consequenter inferetur neque repugnare diversitatis in visionibus beatis reperiri.

Rō à priori colligitur ex modo dictis nam diversitas et inequalitas rerum desumuntur ex distinctione, et inequalitate principiorum vel etiam terminorum in ordine ad quos essentialiter constituuntur; sed possunt plerumque dari principia et termini ejusdem speciei, que respiciantur ab aliquibus entitatibus et n̄ ab aliis ejusdem speciei qd ratione illorum resultant entitates magis diversae (non spē qa non est sensus unde distinguantur) quam si eadem principia et eosdem n̄ terminos respicerent.

Sect. 2. que contra hanc inequalitatem obiciuntur

Multa obiciunt contra hanc inequalitatem S. Fonseca et Hurtado primo qa Arist. 3° met. c. 3. xtu 11. docet inter specificas differentias dari ordinem prioris et posterioris hoc est melioris et deterioris n̄ inter individuas. Ut ibi S. Tho. et alibi; qui etiam supra phys. xtu 31. et lib. 10 meth. xtu 26. docet sub genere latere equivocationes idest inequalitates non sub specie. ita etiam S. Tho. quodlib. 3. art. 6. q. 2 via de spiritualibus creaturis art. 4 ad 4um et 3. p. q. 2

Ij art. 2. Propterea de solis speciebus dictum est, firmans q. sint sicut numeri et ly individua numerum faciant ad n. sunt perfectionis inequalis sicut numeri. —

2º quia tunc individua essent inequalia et aliqua tm, dc abs. id affirmare dixum est, cum n. dbus insint aut proprietates aut operationes aut pria aut termini inequales; et non repugnet Deo individua omnino equalia creare. Si dicas n. dari esse inequalia, cur q. potius hec quam illa? Inde q. fieret q. universum modo perfectius modo imperfectius existat per inequalitatem individuorum.

3º everterentur plura pria Peripatetica. nam spes possent dividi in individua inequalia sicut genera in spes per differentias specificas, item individua possent definiri explicari, tandem de illis possent proprietates demonstrari.

4º nam specifica et individua conceptus sunt idem a parte rei, cum specifica sint inequalibus in dbus individuus n. pst esse inequalis. Mag. patet nam aliqs idem a parte rei simul haberet excessum perfectionis, que supponit inequalitas, et privationem excessus quam dicit equalitas; at implicat rem et ipsius privationem eidem competere. cum q. Stat q. specifica rn. eis equaliter participetur —

5º nam quaecumque ejusmodi diff. assignentur conferentur accidentia saltem methaphysica respectu essentia specificae, quae sola dicitur simpliciter essentia, q. n. possunt substantiales inequalitates conferre. —

6º nam esse masculum v. g. praedicatur in q. de hoc et illo individuo q. est spes constituta ex [illegible]

Itaque tam genere et ratione magis vel tanquam differentia neque assignabitur in quo differat a ratione specifica, sed non est falsum quod dentur individua inaequalia sub eadem specie.

Ad 2um Respondeo Aristotelem et S. Thomam de speciebus affirmasse id quod infallibiliter in illis reperitur, scilicet quod inaequales sint et sicut numeri, quod ratione illarum [illegible] aequivocatio sub genere, quod genus dividatur in species inaequales; quod species sint definibiles et demonstrabiles etc., quae nos non affirmamus neque possunt affirmari de individuis, quia non semper neque omnia inaequalia sunt. Unde patet ad 2am et 3am probationem, ratio vero quare quaedam sint aequalia, alia non itidem, a posteriori desumitur ex eo, quod dentur in aliquibus proprietates et effectus inaequales, non vero in aliis; a priori vero quia quaedam producuntur ab inaequalibus principiis vel causis et determinantur inaequalium terminorum et accidentium. Unde in illis resultat inaequalis perfectio, quod si absit ea inaequalitas priorum terminorum et accidentium aberit etiam inaequalitas individuorum —

Ad 3am probationem frustra laborat P. Hurtado ex identitate inter rationes specificam et individualem inferens incompossibilitatem inter inaequalitatem individualem et aequalitatem specificam, nam sicut idem concedit rationem specificam aequaliter reperiri in singularibus, ita debet concedere dari posse simul in eodem individuo aequalitatem specificam cum inaequalitate individuali. Ad hoc non necessarium est illa distinctio aliqua [illegible] inter specificam et individualem differentiam, quia aequalitas specifica cum non afferat privationem illius perfectionis, quae importatur per inaequalitatem individualem, recte potest cadere

in

in eadem entitate cum tali inæqualitate; æqualitas n. specifica affert privationem excessus specifici, n. vero excessus individualis, et ita spatium secum talem excessum et vice illius reddit individuum inæquale respectu aliorum individuorum, et æquale respectu aliorum, quæ habent eundem excessum individualem.

Dices excessus specificus et individualis licet tamen distinguantur, et in ipsa datur privatio realis, quæ sit negatio excessus tamen specifici. Respondeo privationes has explicari a nobis claritatis gratia in ordine ad excessum tam specificum tam individualem, tamen licet vere illi excessus non respiciantur ab illis privationibus ut distincti, esto possint respici ut distinguibiles a nostro intellectu. Igitur privationes illæ solum removent excessus reales qui realiter distincti in aliis individuis reperiuntur. Ex. gratia calor ut unum dicitur æqualis specifice alteri calori ut unum et etiam calori ut duo, quia non habet excessum perfectionis realis quæ reperitur in luce, qui excessus quia specie distinguitur ab ipso calore, ideo privatio illa dicitur constituere æqualitatem specificam, quia in duobus individuis caloris negat excessum specificum realem qui realiter reperitur in individuis specie distinctis a calore. Idem calor ut unum dicitur æqualis individualiter alteri calori ut unum quia uterque non habet excessum perfectionis realis, quæ reperitur in calore ut duo aut in aliis individuis superioris intensionis; ea vero negatio dicitur constituere ex eo præcise æqualitatem individualem in caloribus ut unum, quia ut sic solum excludit alios calores excedentes in intensione qui a calore ut unum solum individualiter differunt. Tandem idem calor ut unum dicitur inæqualis specifice speciei suis et aliarum specierum, et

individualiter spatio aliorum graduum caloris qui habet
perfectionem realem, a luce et aliis speciebus diversam ab
aliis quam graduum caloris ob speciem. Ideo individualiter diversi
sunt ratione excessus aliorum graduum —

Ad 5um fateor specificam perfectionem individuorum
simpliciter appellari solitam essentiam eorum, differentiam
vero numericam seu materialem accidens metaphysicum res
pectu talis essentiae quia accidentale est tali essentiae, quod
contrahatur per hanc et illam differentiam numericam; eodem quem
admodum licet accidat generi quod contrahatur per hanc et
illam differentiam specificam, nihilominus haec dicitur pertinere
ad essentiam speciei. ita licet accidat rationi specificae quod
contrahatur potius per hanc quam per illam differentiam nume
ricam, nihilominus cum talis differentia numerica substan
tialis sit et ejusdem generis cum specifica et compleat in
dividuum substantialiter non incongrue potest dici essentialis
respectu talis individui in quantum individuum —

Ad 6am dispositionem ex ratione specifica et differentia
individuali inaequali v.g. esse hoc masculum praedicatur in
quod de pluribus participantibus similem differentiam individualem
et nihilominus non praedicatur ut species, neque ratione hoc se
habet ut genus respectu illius, quia ea differentia masculi est
materialis et individualis conferens perfectionem tamen individu
alem; et ita ratio hominis manet specifica tamen et non ge
nerica quia nulla differentia infra illam datur quae sit
perfectio formalis et veluti intensiva esto differentia
materialis non transcendat haecceitatem aut ultimam rationem
numericam —

Dices Unde est illius immo eas differentias

esse

esse tamen materiales & individuales, non vero formales neque specificas? Respondeo id colligi ex eo, quod eas quas dicimus materiales et individuales quasi eminenter continentur in specifica differentia quae sunt inferioris perfectionis respectu specificae, unde nullam superaddunt perfectionem formalem et veluti intensivam, sed quasi multiplicat et extendit perfectionem specificam. Ut patet indubitanter in omnibus individuis quantumvis inaequalibus cujuscumque speciei, nullam enim addunt perfectionem specificam quae non sit multo major specifica perfectio; imo haec simpliciter est major tota collectione differentiarum, quas dicimus materiales et individuales. Longe aliter contingit in generibus respectu differentiarum, quae sunt specificae et formales, hae namque addunt generi formalem et specificam perfectionem, quae non continetur veluti eminenter in perfectione generica, sed potius illam aut eae differentiae aut plures perfectione superant, ut patet in rationali et aliis differentiis animalis et viventis.

Urgebis non omnes differentiae specificae sunt perfectiores quam genus; nam licet tales sint differentiae quae dicuntur extrahentes ut rationale respectu animalis; aliae tamen differentiae, quae dicuntur limitantes ut v.g. differentia specifica muscae et formicae non videtur superare perfectionem animalis ut sic, ergo quamvis differentiae individuales non superarent specificam, possent nihilominus inter formales et specificas computari. Praesertim cum aliquae sint, quae sine dubio augent perfectionem rationis, nam differentia masculi quamvis non superet perfectionem hominis ut sic, auget tamen illam quasi intensive tribuendo homini perfectionem novam quae in homine relato ad foeminam non reperitur.

Et fortasse dici specificas differentias et limitantes genera superiora esse in perfectione, et in hoc sensu illis addere perfectionem majorem intensivam; et ipsas species sunt simpliciter perfectiores genere in perfectione formali addente radicem specialem ipsis habens aut effectus sicut habet oppositum physicum et quod habet forma substantialis perfectione superat materiam; aut in oppositione methaphysica genus assimilatur et ipsa eadem quia superiores sunt, eo minus perfectionis habent quare differentiae extrahentes non ideo tales dicuntur quasi superant genus, id enim spectat fortasse dictis et limitantibus sed quia extrahunt genus ad aliam ordinem quam genus diversum ut visio beata extrahit genus qualitatis vitalis ad genus alterius ordinis superioris scilicet supernaturalis —

Sed resolutio nostra fundetur in re dubia, illud certum est collectionem adequatam omnium differentiarum cujuscumque generis perfectiorem esse genere neque in illo quasi virtualiter contineri, quia ratione vivi quia ratione saltem alicujus quam aliquarum differentiarum, quae sunt perfectiores genere, cum aliis genus dividat immediate in illas perfectiores et in reliquas sicut perfectiores sunt differentiae formales et specificae, et individuales itaque reliquae differentiae esto essent minus perfectae quam genus aliter stingit in differentiis individualibus nulla non earum neque dici simul superant perfectionem speciei sed dicuntur quia illam, et ab illa quasi virtualiter continentur et in hoc sensu non addunt perfectionem quasi intensivam sed veluti extensivam atque adeo respectu earum ratio specifica non

habet

het. vide generis neque illę dicuntur perfectiones formales sed individuales, easque peculiari nomine in methaphysica materiales appellari ut distinguerem ab necessitatibus quę eo nomine dicuntur numerice et individue ...

Sect. 3 qd de causa inęqualium visionum censeant Doctores.

Egidius Lusitanus 1. 2. 3. tho. 2. lib. 12. q. 11. art. 1. reprobat Scotum Gabrielem et Bassolis asserentes inęqualitatem visionum desumi ex inęqualitate meritorum. sed certum est ex concilio Florentino causam moralem inde provenire quod potius hęc melior, quam illa visio inferior tribuatur est inęqualitas meritorum modo explicando, nam ex eo quod hic et Angelus habeat plura merita perfectiorem visionem comparat ex eo quod heat pauciora imperfectior illi visio confertur. difficultas solummodo sita est in hoc quęnam causa physica propter hanc moralem conducat ad hoc ut visiones inęquales fiant. sunt autem tres potissimum causę physicę ad visionem effective concurrentes. 1a lumen glorię et Deus ut causa veluti universalis. 2a ipse Deus loco speciei, 3a intellectus beati. difficultas est igitur an quęlibet ex his sufficiat diversificare visiones beatas illasque efficere diversam aut inęqualem perfectionem materialem et individualem ...

1. Prior sententia valde bis docet ex inęqualitate luminis tantum eam visionum inęqualitatem provenire. ita docet Argentinas 4o dist. 49 q. 2. art. 3o ubi sito q. 3. art.

2 * col. 9. Palacios 13 disp. 1. fine. Medina 1. 2. q. 3. art. 2. ad 2um Ubi Lorca disp. 34 Salas tr. 2. disp. 5. sect. 7. nº 88 Montesinos disp. 3. q. 4. et cum S. Tho. 1. p. q. 12 art. 6. idem docent Vañez, Zumel, Navarr. et Pesantius. Nabarrete de controversia 48 vel 1a. Arrubal disp. 22. Fasol. dubio 3. Pater Granado tr. 5. de visione disp. 11. sect. 2. nº 7 Pater Valencia disp. 1. q. 12. puncto 4 Vazquez disp. 47. c. 6. Suarez lib. 2. de attributis c. 21 et 3. p. q. 10 art. 4 in commentario. Ubi Cabrera disp. 2. nº 18 et Ragusa 10 art. 4 Becanus c. 9 q. 10. Torres 2. 2. disp. 55 dubio 2. P. Enriquez lib. 11º de fine c. 10 § 9. Mascareñas disp. 3. de auxiliis p. 5. nº 22. Aluarez lib. 7. de auxiliis disp. 60 q. duo postremi oppositum improbabile existimant.

Alij vero praestantes et Nobiles DD. putant ex inaequalitate intellectuum inaequalitatem quoque in visione rei fundari. ita docent Scotus 3. dist. 18. q. 3. agens de actu fruitionis, quem dicit perfectiorem quia voluntas est perfectior et 4º dist. 50 q. 6. § 8 autem de visione vero expresse idem docet Alensis 1. p. q. 7. membro 2. corpore Ricardus 4 dist. 49 art. 2. q. 8. et art. 3. q. 2. Durandus 3. dist. 14 q. 1. nº 7. Ubi Paludanus art. 1. ad 3um Gabriel et in supplemento 4. dist. 49 q. 2. art. 3. dubio 2. et q. 5. art. 2 opposita 4 Ubi Cartusianus q. 3. § concordat et § amplius et Major q. 10 ad 3um Holcot in suis determinationibus q. 8. art. 1. ad 3um Bassolis.

3. dist. 24 q.e 1. art. 3. ubi Faber disp. 33. c. 2. Ca-jet. 3. p. q.e 10 art. 4. ad 2um. Molina ubi P. Egydius Augustinus 1. 2ae tho. 2. lib. 12 q.e 14 art. 3. Lessius lib. 2 de summo bono c. 8. n.o 57 et Herice 1. p. disp. 49 c. 3. et 4. licet hic author cum Majore specificam diversitatem agnoscat —

Sect. 4 inaequalitas individualis ex diversitate Luminis potest provenire —

1a sit. 1 coeteris paribus inaequalitas resultabit in visionibus quando lumina gloriae sint inaequalia. hanc rem docent omnes DD. sect. praeced. relati, quorum licet alii existiment aliunde posse inaequalitatem in visiones refundi, scilicet ex inaequalitate potentiae et objecti nullus tamen negat coeteris paribus per lumen magis intensum visionem effici nobiliorem, et per minus intensum minus nobilem. ita expresse S. Tho. 1a p. q.e 12 art. 6. corpore in: intellectus plus participans de lumine gloriae perfectius Deum videbit. similiter 3o contra Gentes c. 56 et 4 dist. 49 q.e 1. art. 4 et alibi et omnes DD. sect.e 1a relati —

Probatur ratione nam lumen gloriae infunditur potentiae intellectivae per modum habitus supernaturalis ut disp. 8 probatum est, ergo quo fuerit intensius eo visio procedet perfectior. Conseq. probatur nam intensior habitus supernaturalis potens est meliores actus producere ut notum est ex experientia. et probatur ratione nam quaelibet causa efficiens eo nobiliorem effectum sibi possibilem quo ipsa causa nobilior sit et in se perfectior, si capax sit intensionis, ut patet in luce calore habitibus naturalibus et cet. Deinde lumen gloriae spe

operatur secundum ultimum potentiae quod intensius lumen
meliorem producet visionem, minor hic ab his docto-
ribus admittitur et sic ostenditur, nam lumen gloriae
operatur non quando aut quomodo voluntas sicut
reliqui habitus sed omnino independenter a voluntate beati
ut disp. 3. art. 5. ostendimus quod cum lumen gloriae non co-
hibeatur neque possit naturaliter cohiberi a voluntate volu-
ntas operabitur secundum ultimum potentiae et quo intensius fue-
rit eo perfectiorem visionem efficiet

Dices posse cohiberi et attemperari per divi-
nam voluntatem, quae non praestet concursum proportionatum
perfectioni luminis sed minorem. Sed contra est 2a confirma-
tio, nam lumen infunditur iuxta proportionem quae est me-
ritorum secundum legem a Deo statutam et non impe-
ditur a Deo, quo minus producat visionem iuxta exigentiam suae
perfectionis summae. Ulterius probatur nam si Deo datur lumen
cum tanta intensione proportionata quae est meritis
ut illi beato operatur visio ut praemium quae est me-
ritis proportionatum et producitur visio iuxta proportionem luminis
ut hoc realiter sit etiam proportionata quae est meritis,
alias si lumen proportionatum, non vero infunderetur vi-
sio proportionata non afficeretur justo praemio iuxta exigen-
tiam meritorum. 3a est 2a confirmatio nam se-
cundum eandem legem lumen semel infusum non varia-
tur neque semel producta visio variatur ut disp. 3. art.
5. explicabo et ex eadem lege non potest a Deo impedi-
ri lumen ne producat secundum ultimum potentiae. Ulterius proba-
tur nam si minus perfectam visionem quam potest produce-
ret, frustra esset cum tanta intensione infusum

cu-

cum ad visionem minus perfectam minus intensum lumen sufficeret ~

Dubium superest an inequalitas luminis oriatur ex intensione majori & minori & ex aliqua majori & minori perfectione specifica aut individuali individuis sibi, sicut inequalitas visionis provenit ex inequalitate perfectionis indivisibilis. R. in primis ex dicendis disp. 8. et disp. 3. art. 3. in lumine gloriae reperiri inequalitates ratione majoris & minoris intensionis formalis, 1° quia exemplum stellarum usurpatum ab Apostolo denotat in lumine inequalitates intensionis, sicut in stellis ratione intensionis datur inequalitas claritatis & luminis. 2° quia reliqui habitus creati capaces sunt formalis intensionis. q. v. lumen gloriae semel et invariabiliter infundatur, neque usquam spatiatur aut increscit, neque incrementum aut decrementum per accidens est, neque sufficit ad denegandum illi gradualem intensionem, si semel illi accedat habitus naturae, nam etsi sit in medio adeo sufficienter et fixe applicabitur post diem judicii lumen semel et invariabiliter diffundet constans sua graduali intensione ~

2° praeter hanc inequalitatem in intensione satis est probabile ex nullo alio capite inter lumina gloriae inequalitates intercedere. n. ex eo quod sint inequalia nam respectu luminis subjectum se habet passive; at diversitas subjecti passive se habentis non sufficit ad reddendam diversitatem in accidentia absoluta in illo recepta praesertim si accidentia sint supernaturalia. ~

neque etiam ratione objecti, quia lumina dicta secundum quemlibet gradum ad idem specificum objectum inclinant. Praeterea quilibet habitus est secundum quemlibet gradum infimum inclinare ad eadem objecta materialia quae possint in tali objecto specifico videri suaderi potest 1º quia sicut inclinat ad objectum formale scilicet essentiam divinam, ita ad objecta materialia quae in tali objecto virtute continentur et in esse rei et in esse intelligibilis; imo eo ipso quod inclinat ad repraesentationem objecti formalis debet inclinare ad repraesentationem objectorum materialium, quae sub tali objecto formali, et in illo possunt repraesentari. 2º quia diversitas visionum proveniens ex repraesentatione diversorum objectorum materialium potest ab speciebus diversis vel diversimode applicata provenire. Denique quia ita contingit in habitibus supernaturalibus viatoris, quorum quilibet per quemcumque gradum sufficit ad quaecumque objecta materialia, quae sub ratione objecti formalis possunt attingi quin ex diversitate objectorum materialium detur in habitibus diversitas specifica et materialis; et propterea habitu supernaturali fidei praeditus in quacumque intensione potest extendi indifferenter ad quodlibet objectum materiale sub tali ratione formali attingibile.

Sect. 5. ex inaequalitate etiam objecti resultat inaequalitas in visione et quo modo?

Respondeo 1º posita diversitate et inaequalitate objecti resultat diversitas et inaequalitas in visione

quae

quae Lumini praesertim adscribitur. Explicatur 2i. ver-
dum est in Visionibus quae de facto dantur nullam
esse diversitatem ratione obiecti formalis praecise (praeter
illam quae datur ratione Luminis) cum sit idem omnino obiectum
formale respectu omnium Visionum, et ratione proportionem
Luminis a Voluntate Dei applicatur ad Visionem producen-
dam. Quamvis secundum legem extraordinariam non im-
plicaret nulla cognita creatura ratione comprehensionis ma-
joris essentiae Divinae ex ultra proportione Luminis clario-
rem produci Visionem essentiae Divinae intra eandem speciem.
Caeterum secundum legem ordinariam assero in Visio-
nibus reperiri diversitatem ex eo quod extenduntur ad cog-
noscendum in Deo diversas et plures et pauciores
creaturas possibiles et saltem non diversas possibiles et existen-
tes. atque ita docent expresse hi illi DD. quos sectione
1a. pro inaequalitate individuali Visionis citavi. Addo-
que in re hanc diversitatem oriri praesertim a Lumine gloriae
quamvis supposita hac et illa applicatione essentiae Divinae
per modum speciei, quae applicatio fit per Voluntatem
Divinam effective concurrentem.

Probatur ratione nam Visiones quae repraesen-
tant diversas creaturas habent diversos respectus transcen-
dentales ad diversa obiecta non specifice diversos ut
ostendi art. 9. vera et individualiter
plus quam non — Probatur 1o. nam Visio quae repraesen-
tat Deo ut in obiecto formali et primario unam crea-
turam plus differt ab ea quae repraesentat duas, quam
ab alia quae eandem creaturam tantum repraesentat; sed ab-

hac nº differt quam ab illa quae duas creaturas exprimit differet plus quam nº differat maxime.

Prob. 1º ex D. Tho. 1. p. q. 12 art. 8. corpore sine tanto aliquis intellectus plura cognoscit quanto perfectius Deum videt, et visio quae plures in Deo creaturas attingat caeteris paribus perfectior erit et inaequalis respectu illius quae pauciores repraesentet. Prob. 3º nam actus fidei quo S. Petrus credidit Deum esse trinum et unum minus differt ab eo quo S. Andreas idem credidit quam ab eo quo alteruter credidit fuisse canem Tobiae et asinam Balaam: hoc scilicet est maximis diversis et similiter visio quae beatus cognosceret plures creaturas differret ab ea qua cognosceret pauciores et diversas.

Addit insuper haec inaequalitas lumini adscribi ut causae principali quam notant Cabrera 3. p. Tho. q. 10 art. 4 disp. 1. nº 6. ex Medina. Probatur et explicatur simul nam lumen est principalior causa efficiens visionis, meritis ergo commensuratum et quamvis debeat praesupponi diversa applicatio essentiae divinae per modum speciei, ut haec potius quam illa creatura per visionem exprimatur, lumen tamen in perfectione talis visionis cum la inaequalitate praecipuas partes habebat. Sequitur probatur nam concursus speciei et determinatio ex parte obiecti est causa minus praecipua quam efficiens, huic enim 1º et per se attribuitur effectio cuiuscumque effectus sed lumen in effectione visionis gerit magis partes causae efficientis et illi praecedentim talis visionis perfectio

tio attribuetur. Sic namque quamvis tendeat volun
tas a cognitione intellectus ad hoc ut aliud producat
potius circa tale obiectum quam circa aliud, nihilominus
cuiuscumque actus perfectio et productio praecipue vo
luntati adscribitur. Item quamvis intellectus ad videndum
potius circa hoc quam circa illud obiectum naturale determi
netur ab specie intentionali, ex quo per quandam accommo
dationem huic attribuitur substantia circa tale obiectum,
nihilominus est causa praecipua entitatis et perfectionis
in actu ipsius intellectus et luminis gloriae respectu enti
tatis et perfectionis visionis et tendentiae ad hoc et
illud obiectum materialia erit causa principalior.

Dices lumen gloriae est causa aequivoca et de
se indifferens ad producendum visionem potius circa hanc
quam circa illam creaturam, ergo quod determinetur ad huius
potius quam illius visionem provenit potius a causa perfectiori
seu effectu Dei determinantis per modum speciei, et non a
lumine gloriae.

Distinguendo sequens illa inaequalitas vi-
sionis non provenit a lumine gloriae secundum se praecise con
siderato, concedo; non provenit a lumine supposita praedicta
applicatione gratiae divinae extrinsece, nego. Plerumque enim
contingit ut principalis causa alicuius effectus indigeat
aliqua additione et instrumento et minus praecipua causa
ad aliquem effectum determinate causandum, cum tamen effectus
tali praecipue causae attribuatur, ut soli attribuitur generatio
ignis per vitrum crystallinum, licet indigeat applicatione per
vitrum et calore ad ignem producendum; similiter

intelectui productio et perfectio alterius quam indigeat speciebus intentionalibus —

Sect. 6. Ex inequalitate potentiae naturalis resultare inequalitatem in visione probatur ex authoritate.

3a. Ratio S. a potentia intelectiva inequali et perfectione specifica et individuali procedit visio inequalis individualiter, intra eandem speciem; ea quae inequalitas luminis ut praecipue eas adscribitur dispositiva inequalitate potentiae. haec ultima eodem modo intelligendum est ac in praecedenti; quantumcumque n. crescat perfectio intelectus concurrit solum ad instrumentum et nunquam ultra id, quod potest producere lumen ut principalis. quod vero potentiis inequalibus potentiis cum equali lumine procedant visiones individualiter inequales defendit ex praestantibus Theologis Alensi Scoto Richardo Paludano Carthusiano Adest Gabrieli, Basolis Majore Cajetano, Medina Raba Egydio Conrado et Herice quos sect. 1a retuli: non refero Durandum nam licet 6 nº contra ratione confirmaverit, sed nº 8. eius oppositum resolvit —

Habetur hinc conclusio S. Tho. 3. p. q. 10. art. 4 ad 2m. ubi ait gradus in ipsis attenduntur magis secundum ordinem gratiae, in quo Christus est excellentissimus, quam secundum ordinem naturae secundum quem natura Angelica praefertur humanae, ubi licet illa parti-

cula

la magis accipi possit quam eodem ac potius ut exclu
datur ordo naturae ne separatur inaequalitas visionis
sed Cajetanus quae S. Thomae separatus est interpres apud
Thomistas putat scientiam comparative ita ut magis
attendatur secundum lumen gloriae attendatur quam
vis minus, et secundum partem naturalem intellectus quae
nunquam exclusa est omnino a S. Tho. a ratione prius
inaequalitatis visionis ut dixi sect. 20 ad 2um.

Probatur 4° ratione ex authoritate S. Agathonis
Papae in epistola decretali quae habetur in sexta synodo act.
4 ubi columna 12 et 13. agens primatim de actu volunta
tis dicit, neque enim angelica natura divinam habere voluntatem
aut humanam (operari scilicet per voluntatem humanam) neque
humana natura voluntatem Dei vel Angeli, dicit neque alte
rius quam est, quoquam naturalem habere poterit motum, nisi
quod est naturaliter dicit creatus est etc. ubi ita Monothelitas
agit non de potentia voluntatis sed de operatione; nec de sola
actione, id de ipso actu vitali voluntatis, dicit et intelectione
quas negabant Heretici diversas quoad divinas naturas Christi
Domini. Ponat S. Leo Papa epist. 10 ad Flavianum re
latus in ea synodo act. 4 column. 5. et S. Ambrosius lib.
4 de fide ad Gratianum c. 5. post initium, nam quemad
modum eadem operatio diversae esset potestatis (id est naturae
et speciei diversae) nunquam dicere possumus quemadmodum
major operari aut una operatio posset, esse ubi diversa species
sit, est 2 dixi.

In his tribus, neque Pontifex Maximus neque S. Ambr.

per operat. naturalis illius naturae intelligunt operationes illi debitas et entitatis naturalis, sed solum intelligunt operationes proprias illius naturae, tam naturales quam supernaturales, quae sunt non sunt debita illi naturae neque possunt alia natura aliter postulari ex eis operationibus postulat illam naturam, ut sequitur sibi debitas, et in hoc sensu eam appellant naturalem, id est propriam, et idem immediate antea dixerat S. Agatho naturas duas Christi unicuique propriam naturalem habere, et unicuique assignari liberae voluntatis Pontifex non ut ostenderet neque naturam creatam per increatam operari neque naturam divinam per creatam posse operari tam naturales quam supernaturales, assumpsit illud universale principium, quod una natura non potest operari per operationes alterius naturae, quod debet intelligi de operationibus alterius tam naturali quam supernaturali.

Ex his quae dicta sunt dissolvitur argumentum, una natura non potest operari per operationes alterius, ergo Angelica non potest operari per operationes humanas neque humana per Angelicam tam naturales quam supernaturales, ut Summus Pontifex affirmat quod humana natura aut potentia non potest videre Deum per visionem supernaturalem Angelicam, neque Angelica per humanam, secundum potentiam absolutam, et saltem secundum potentiam ordinariam, quia visio beata humana habet aliquam perfectionem peculiarem sibi debitam, propter quam saltem secundum legem ordinariam repugnat naturae intellectus Angelici, et similiter visio Angelica convenit naturae et intellectui humano. Antecedens et consequentia patent ex dictis. 2a vero sequela probatur nam si nihil peculiare esset

in

in una visione non repugnaret in altera, non repug-
naret quod sicut Angelus praesumpsit in suam visionem
ita etiam posset praesumpere in visionem hominis beati
habentis equalia merita; sed hoc repugnat quia hoc habet
peculiarem naturam saltem in diversis aliter diversam
ratione diversae naturae et propter aequitatem persuasit. Sed.

Sectio 7. eadem veritas probatur ratione a priori

Probatur etiam ex ratione a priori, nam ac-
tus et actiones vitales etiam supernaturales habent essentialem
respectum transcendentalem determinatum ad principium
determinatum vitale a quo procedunt, et non ad aliud
sed visio beata Angeli determinato respectu transcen-
dentali respicit solam substantiam et intellectum Angeli
et non substantiam neque intellectum hominis; similiter visio quae est
in homine respicit determinate hominem et non Angelum et sic de
aliis; ergo ratione illius determinati respectus plus differt huma-
na visio ab Angelica, quam a visione alterius hominis
aequalium meritorum, quia respicit principium, quod non respicit visio
Angelica; ergo ratione diversae principii naturalis resultat in visione
peculiaris inaequalitas. Si autem est verum, sponte sunt
omnes consequentiae, diversitas non respectus recte colligitur
ex diversitate termini, praesertim si talis terminus sit
causa et principium determinatum talis respectus.

Aliis ergo probatur et inferimus actiones quas illi-
dunt intellectus Angelici et humani visiones producunt

quæ actiones differunt realiter, ut modi, à visionibus) diversitas hæc ex diversitate illorum intellectuum, ut posita modos determinate postulantes tales intellectus, nullus dubitat, quod visiones ipsæ, visiones determinate postulent tales intellectus et non alios probatur nam actus vitales supernaturales, licet non postulent naturaliter quemvis intellectum illi, essentialiter postulant potentias intellectivas easque non minus naturaliter petunt quam actus vitales naturales; et ideo per supernaturales, absque ullo miraculo, ad hoc vivunt etiam substantiæ intellectuales, et hæ ad illos effective influunt, eosque in se recipiunt saltem mediante potentia vitali, tanquam terminos immanentes, ut observant Carmelitæ 3. p. Thom. q. 2 d. 10. art. 4. dub. 8. n. 25. sed actus vitales naturales determinate postulant talem potentiam et non aliam, tales intellectus et non alios, et propterea ex diversitate specifica intellectuum Angelicorum venit illius actus diversitas specifica ab actibus intellectus humani; ergo tam naturales quam supernaturales dicunt determinationem ordinem transcendentalem ad talem intellectum et non ad alium.

Nam quamvis actus vitales supernaturales producantur à potentiis per virtutem obedientialem, nihilominus non possunt indifferenter per quamcumque virtutem obedientialem et vitalem produci, ita ut dent potentiam denominationem vitalis operationis; propterea actus supernaturales intellectus, non possunt denominare voluntatem intelligentem

aut

aut amante, ergo ab illa per potentiam obedientialem, ut possint efficienter concurrere, quia illi vitales et supernaturales determinatam potentiam respiciunt, ut illas denominent.

Dices actum supernaturalem intellectus saltem respicere Angelicum et humanum indifferenter, quia ab illis oritur per potentiam obedientialem tamen, quia est eadem species in ambobus intellectibus; et si diversa sit, solam virtutem producendi visionem ex opposito accipit a lumine gloriae, et pro elevante inde potentia obedientialis et naturalis nihil conducit ad diversitatem neque specificam neque materialem visionis; atque adeo potentia Angelica aeque bene poterit elevari ad producendam eandem suam visionem atque ad eam quam habet homo beatus; id contra est 2a confirmatio nam potentia obedientia[lis] non est eadem quoad formalitatem intrinsecam cum naturali, ut alibi diximus, quae multiplicatur in specie sicut multiplicatur naturalis. Consequentia probatur nam sicut potentia obedientialis spiritualis differt plusquam specie a corporea ita potentia obedientialis intellectus Angelici specie infima differt a potentia obedientiali intellectus humani. Propterea in potentiis obedientialibus inaequalitates agnoscunt Aegyd[ius] de Lusitania 1. [illegible] tho. 2. lib. 10 q. 2. art. 4 § 3 n° 2, Pater Herice 1. p. disp. 49 c. 4 n° 8 et P. Granado [illegible] de visione disp. 11. sect. 3 n° 16. cum hic author potentiam obedientialem non nisi formaliter supernaturalem agnoscat.

Ultra est 2a confirmatio cuius doctrina valde notanda est ex [illegible] de potentia obedientiali et de ente formali, nam entia supernaturalia ratione supernaturalitatis non

postulante connaliter ad illud potentia naturali efficiente
sit naturali, non tamen repugnat cum ratione supernaturalis
quod aliquot entia supernaturalia determinent sibi potentiam
efficientiam aut receptivam saltem connaliter idest ex
exigentia naturae ipsorum; sic gratia sanctificans connali-
ter postulat subjectum spirituale non corporeum; unio hypo-
statica Verbi divini cum anima Christi Domini postulat extrema spiritualia
et non corporea; actus vitales supernaturales et potentiam vitalem
et non innanimatum; et inter hos, actus voluntatis postulat
voluntatem et non aliud potentiam, actus intellectus intellectum. Dicta
est ad haec omnia producenda et forte etiam ad recipienda posset
quaecunque creatura miraculose elevari. Vide objectionem
cum P. Fasolo q. 12 art. 4 dub. 3 n. 20. Vide etiam
dicimus connaliter respicere determinatum subjectum idest
essentialiter exigentem id ex ipsius essentia et natura
connaliter ut distinguitur contra violentum et miraculosum
non tamen connaliter ut distinguitur contra supernaturale ita ut
possit per vires naturae ad actum reduci.

Ex qua doctrina sic potest dividi potentia obedien-
tialis: alia est quae connaliter respicit ad effectum super-
naturalem receptum et productum; et sic se habet intellectus
Angelicus respectu suae visionis et subsistentiae rationalis res-
pectu suae. alia est quae non respicit connaliter effectum
supernaturalem quem recipit et producit. sic se habet potentia aquae
respectu gratiae, si illam produceret: sic se haberet lapis res-
pectu actus vitalis si illum aut reciperet aut effice-
ret. quamvis et potentia obedientialis intellectus cujuscunque
indigeat elevatione luminis ad producendam visionem

beatam

beata; nihil omnino sicut ab intellectu accipit quodam modo suae intellectionis et visionis, ita a tali intellectu Angelico suae visionis talis et ab intellectu humano suae visionis humanae.

[illegible] ad illud quod additur qualem dixi potentiam obedientialem in intellectu Angeli ad suam visionem et ad visionem, quae est in homine beato, id nego; nam ad producendam et recipiendam visionem, quae est in homine, solum potest elevari sicut aqua ad producendam et recipiendam gratiam, atque praeter exigentiam connaturalem et essentialem talis visionis humanae; at vero ad visionem Angelicam elevatur ex exigentia huius visionis. Praeterea Nobiles DD. quos [illegible] non [illegible] [illegible] intellectum ad visionem, quae illi est hoc modo naturalis, non concurrere ut instrumentum, sed ut causam principalem concurrere, et autem in eorum sententia ut instrumentum ad actum voluntatis et alterius intellectus. quod autem eo peculiari modo concurrat potentia ad actum quem ipsa debet denotat S. Tho. [illegible] q. 23. art. 2. ubi agens de voluntate respectu actus charitatis manifeste agnoscit in his instrumentis et principiis, quae naturalia sunt, actionibus [illegible] peculiares activitates et potestates determinatas, quae non insunt aliis instrumentis. Et praeterea ait quod non ita concurrat intellectus et voluntas ad proprios actus supernaturales sicut mole [?] se instrumenta, quod etsi sit proprius actus, non tamen est in ipsis [illegible] et [illegible] sic enim [illegible] voluntas

Sect. 8. Opponitur ratio a posteriori et a calumniis vindicatur.

Probatur 3o. ratio a posteriori quae etiam rationem a priori roborabit nam potentiae vitales naturales diversae ordinant in via ad hoc ut actus supernaturales cum aliqua diversitate procedant ab intellectu ipse diversi ad hoc ut vitales aliquam diversitatem participent ratione proportionis; nam sicut in patria intellectus non concurrunt nisi per potentiam obedientialem ex elevatione luminis et non aliter, ita in via potentiae naturales concurrunt ad actus fidei et prudentiae supernaturalis non nisi per potentiam obedientialem et elevationem habituum supernaturalium; quod aut in patria conducent potentiae naturales diversae ad diversitatem actuum sicut in via aut neque in via neque in patria.

Atque quod in via conducat diversitas potentiae ad diversitatem in actus supernaturales inducendum ostenditur exemplis, 1o actus fidei de immaterialitate et immortalitate Angeli aut animae rationalis; 2o actus prudentiae dictans honestatem fortitudinis aut justitiae atque respectu Angelorum, quando elicitur ab homine fit per modum judicii habentis compositionem et repraesentantis animam et Angelum per modum rei corporeae et sensibilis et non ut est in se, ut experientia evidentissimum est, at evidens est ab Angelo illum actum fidei vel prudentiae elicitum iri per modum judicii simplicis absque compositione repraesentantis animam et Angelum ut sunt in se spirituales, sed non est aliud principium, unde haec diversitas actuum supernaturalium desumatur nisi diversitas intellectuum quod erat.

2o

2° Dictum est in potestate hominis remisse et intense operari
cum eodem habitu, quia diversitas in operando fuerit debite
ut a volitione ab applicatione majoris et minoris conatus
naturalis, ex elevatione habitus supernaturalis sufficientis. 3° hoc
rusticus aut stupidus valde angustae judicat per fidem et
prudentiam supernaturalem, aliquot veritates, quas homo inge
niosus et doctus v.g. Angelicus Doctor facili negotio valde
penetrans extremis dijudicat. Ipse namque anima et potentiae
sunt principalis causa cognitionis et visionis naturalis, unde
omnis meliorem efficit cognitionem si adjuvetur meliori ope
quae instrumentum est ad producendum cognitionis etiam naturalis; et
aliae causae principales si utantur melioribus instrumentis
solent meliores effectus producere ut patet in artificibus
Ergo lumen gloriae meliorem visionem efficiet, si utatur
meliori intellectu etiam ut instrumento

Conantur adversarii variis solutionibus ener
vare vim hujus argumentationis, 1° mirum non esse
in via, quae est status proficiendi et merendi permissum esse
homini potestati ut cum illa diversitate operetur, et modo
exhibeat, modo exhibeat et [illegible] conatum impendat
utendo et non utendo simul cum habitus; quae non
cessat in patria ubi lumen gloriae necessario operatur secun
dum ultimum potentiae; haec solutio indicatur ab Arrubal. c. 3 n°

2° [illegible] Id vero est 1° nam sicut conatus voluntarius
et infimus et medius et summus admittitur in via, quibus sit na
turalis sufficit modificare se diversificare actum super
naturalem ita etiam conatus necessarius admittitur secundum summam
virtutis potentiae —

2º nam intellectus Angelicus in patria
stram vim intellectus sui adhibet ad videndum Deum
ut loquitur S. Tho. q. 8. de verit. art. 2 ad 2um et
similiter hominis, et cum intellectus Angeli sit maior et perspi-
cacior quam intellectus hominis, hic minus viribus suis applicabitur
ad videndum Deum, et ex eo resultabit in homine visio
imperfectior et sicut minor conatus in via impedit ne
habitus producat actum cum summa perfectione qua potest, ita
minor conatus hominis in patria. 3º nam quantumcunque adhi-
beat homo in via summum conatum ad actum fidei eliciendum
actus procedet repraesentans obiectum cum imperfectionibus quibus
intellectus operatur: at vero Angelus in via absque illis imperfe-
ctionibus operaretur cum habitu fidei etiam minus intenso, ergo
etiam si lumen aequale operetur secundum virtutes suas in homine et
Angelo procedet visio inaequalis ——
Propter haec adhibent secundam solutionem P. Vas-
quez 1. p. disp. 47 Arrubal disp. 22 c. 4 nº 12 Fa-
sulus q. 12 art. 6. dub. 5 nº 20 praecipue ad exemplum
de gener. q. 2. art. ult. at ubi nulla ratio implica
tionis apparet generandum est pro divina opera;

Posterior pars de visione beata defenditur
a S. Tho. 1. p. q. 12 art. 7 corpore ubi nullus autem intellectus
creatus potest Deum infinite cognoscere. idem docet hic sensus
doctores quos supra refferam, qui infinitam simpliciter intensio
nem in gratia et lumine gloriae possibilem negant, idemque
de visione affirmant, qui suam sententiam varijs rationibus
affirmant, quas non lubet neque vacat expendere

mihi

mihi ideo hec pars [illegible] quadruplex tri da tr genus infinitatis. 1us in multitudine: et de hoc n dis [illegible], q possit in visiones cadere. sunt n. possibiles in finite visiones per potentiam absolutam, et spe et numero dis tinctae; sicut possibilis est infinitus numerus aliorum entium completorum. secundum in extensione, et hec sicut n cadit in alterius intellectus qui semper extenduntur ad obj, absque additione partium per differentiam indivisibilem diversam, ut 2a P. Salas ostendam art. 3: Praeterea cum visionibus repugnat extensio quantitativa, repugnabit etiam omne in finitudo in extensione. 3us in intensione. sed sicut pugnat cum nostris visionibus intensio formalis per additionem graduum ut ostendo art. 3. itaque infinitudo in intensione

4o denique superest infinitudo in essen tia et perfectione. hanc vero solum reperiri in Deo ejus que perfectionibus, et n posse reperiri in ulla spe aut individuo creato docui disp. 6. phys. q. 3. art. 2. sect. 3. et ex Durando Herbeo Aureolo Argentina Gabriele et Bassolis tradit optime P. Vasquez 1. p. q. 7. art. 4 dub. 13 no 10. Probatur qa ex nullo capite perfectio nis creatae infinitudo pot colligi. 1o non ex eo, q supe ret infinitas inferiores, nam visio quo modo datur in finitas cognitiones inferiores imperfectiores et imper fectiores superat et adhuc est finita. 2o neque ex eo q terminum infinitum respiciat transcendentali ordine id n. etiam expetit cognitioni dei cuicumque: et ostendimus visionem non esse infinitam, neque ex eo q deum eius infinitam et infinitas creaturas in Deo attingat. 3o neque ex eo

q. s. perfectio propria Dei; nam eiusmodi perfectio
pt ut existit in Deo venire non potest creaturae v.g. videndi
Deum quia Deo et creaturae finita est. Ergo neque ex eo quod
suprema in suo genere et ordine plura non entia [illegible]
habet absque infinita perfectione ut homo in ratione hominis
corruptibilis supremus est et sic de aliis —

Dices inde fore infinitam perfectionem illius visionis
quia in ratione videndi et penetrandi Deum non habet
limitatam perfectionem, sed in eo genere habet omnem perfectionem
possibilem, qua nulla maior possit excogitari, atque adeo
perfectionem infinitam

Resp. 2a est 2a ratio nam quaecumque creatura ex ipso
quod creata sit v.g. visio Dei creata non habet omnem per
fectionem possibilem neque in suo genere entis, quod habet ipsa
t limitatam et finitam. Declaratur, nam quaelibet habet
intra se rationem accidentis et rationem dependentis ab alio
et in genere efficientis et in genere subiecti; sed possibile
est Deum videri (visione increata) absque his depen
dentiis. Ergo ratione harum est limitatio et finitudo in quam
quae visione creata. Nam quacumque visione assignata
superest adhuc inter ipsam et increatam infinita distan
tia quod possit alia melior et melior a Deo effici infra in
creatam quae hanc melius et melius imitetur atque sic ad
vertit etiam S. Thom. 1. p. q. 12. art. 6. ad 2um ergo
[illegible] art. 4 corpore, ergo ex hoc capite visio non
haberet perfectionem infinitam, —

3a [illegible] eadem [illegible] solutionis obiicies S. Thom.
n. illum qui 1a p. q. 7 de genere infiniti a creaturis exclu
dit ut impossibile. Sed privative [illegible] 1. p. q. 12. art.
corp.

corpore. Si aut negarent possibilem visionem infinitam Dei
ita etiam Lumen infinitum, quam sequitur communis sententia
Doctorum, quam refert et sequitur S. Suarez 3. p. tho.
1. disp. 26 sect. 3. et altera vero, ubi Vasquez disp.
47 c. 4 Lorca disp. 42. Cabrera q. 10 art. 1. disp. 2.
Ragusa disp. 76. sect. 3. Torres 2. 2. disp. 68. dub.
3. S. Granado tract. 5. de Visione disp. 10 n° 9 et alii. ex
ea non infinitate Luminis tam S. Tho. quam alii DD.
comprehensionem Dei inferri existimant. Dico ergo aliquis
illud Lumen non habet infinitum effectum sibi proportio-
natum nisi visio comprehensiva Dei possibilis illi respon-
deret et sicut hec est impossibilis ita etiam Lumen glorie
infinitum. Respondeo me nolle neque in hac materia philo-
sophica Sanctum Thomam habere adversarium, quem
propterea explico de Lumine glorie infinito sufficiente ad
comprehensionem, quod ego quoque impossibile reputo, quod
si sermo sit de Lumine ejusdem speciei cum nostro ex eo
etiam infinite intenso, ego cum DD. relatis, preter S. Gra-
nado et paucos alios putarem non inferri possibilem esse
visionem comprehensivam. erit vero effectus illi proportionate
respondens visio perfectissima indivisibilis superioris
ordinis que licet valde perfecte non tamen comprehensive Deum re-
presentet, sed nullus erit effectus proportionate illi respondens
secundum adequatam virtutem quam habet. Ut recte S. Thomas
Silv. 1. p. q. 7. art. 4 dub. 12 n° 42.

Art. 2.

Sitne visio beata infinita quoad subjectum

Non est itaque in hunc tractatum inducenda realia de ente supernali, de quo modus est cum de esse Dei, de attributis disputatum instrumentum. Et cum ens supernale sit duplex, aliud quod est supernale quoad modum, aliud quod est supernale secundum entitatem intrinsecam, expediendum est an et quomodo visio beata sit supernalis. Et neque exacte hic materia discuti potest nisi prius expediatur an visio et alius aliquis intellectus possibilis possit propriis viribus Deum ut est in se intueri, de quo disp.

Propterea in praesenti suppono tanquam certum visionem beatam esse supernalem non solum quoad modum, sed etiam secundum intrinsecam entitatem. Haec doctrina est contra Magistrum Bañez 1. p. q. 12 art. 5 ad ult. ubi ait visio beatifica quantum ad substantiam habet aliquid admixtum naturale, quod probat exemplo visionis nostrae supernalis quae habet aliquid naturale admixtum scilicet substantiam actus. Idem sequitur Zumel eadem q. 12 art. 4 ad ult. et indicat Scotus 2. dist. 2. q. 4 § 2 dicens in scolastica a S. Tho. 2. 2. q. 4 art. 3 et 1. 2. q. 171 art. 2 ad 3. ubi docet virtutem actus esse secundum substantiam naturale. Et plane id non asserit S. Tho. de alia visione beata neque unquam asserit, cum in eo loco actum prophetiae dicat esse supernale secundum substantiam, quod a fortiori diceret de alia visione beata, de qua id docent expresse Cajetanus ibi, P. Suarez lib. 2. de attributis c. 8 a n. 7. Pater Vasquez disp. 37 n.o 36 Molina q. 12 art. 6. disp. 5. ad

1.

Navarrete contr. 3a. re 2. Arrubal disp. 49 c. 5. Ragus. art. 4 dub. 5 n.o 22. Albelda disp. 26 n.o 9 et disp. 29 n.o 25 et Granado tr.tu 4 de Vis. disp. 2. n.o 8. Alvarez tho. 1. prim. 1. q.e 2. et S. Theologica Salag. 1. 2. tr.tu 6. disp. 3. sect. 1. § primo et Egidius Lusitanus tho. 2. lib. 11. de visione q.e 5. art. 2. § 2.

Prob. probatur 1o à priori quia dictae descriptiones entis supernaturalis secundum substantiam visioni beatae conveniunt. nam sive ens supernaturale sit illud, quod indebitum est omni subjecto substantiali creato aut creabili, sive quod indebitum est virtuti agentis cujuscunque naturalis, et illas excedens, sive quod respicit ex fine determinato substantiam supernaturalem Dei ut est in se plane visio beata censenda est supernaturalis, cum nulli substantiae naturali aut creatae sit debita neque tanquam principio receptivo, neque tanquam effectivo ut disp. 7. ostenditur; cum praecisè repraesentet Deum Trinum et Unum ut est in se. probatur 2o

Probatur 2o à posteriori: nam salva fide negari non potest ordo entium supernaturalium secundum substantiam, quod neque potest negari visionem Dei esse supernaturalem secundum substantiam. Sequela probatur nam ordo supernaturalis habet praeter minimo finem supernaturalem ex quo desumitur et propter quem supernaturalis est et sine quo nihil supernaturale esset necessario sed finis supernaturalis ut quo est visio beata qua Deum objectum supernaturale ut est in se intuentur beati consequuntur et possident ergo debet esse secundum substantiam supernaturalis

Contra hanc veritatem militant argumenta quae ostendunt Deum viribus substantiae intellectualis saltem possibilis videri posse imo et de facto naturali virtute intellectus etiam ut causa principali concurrente eam visionem operari, ejusmodique

Art. 3

An visio beata habeat extensionem et intensionem formalem.

Sect. 1. extensio visionis datur ratione differentiae individualis indivisibilis.

59

Ex obiectis materialibus creatis quae disputat. 6. ostendemus attingi per visionem in essentia divina non omnia neque eadem ab omnibus beatis attinguntur sed ab aliquibus quaedam obiecta et ab aliis alia quae dicuntur conferre ad extensionem visionis; intensio n. proprie ut sect. 2. explicabo non intelligitur nisi in ordine ad idem obiectum, sicut non datur nisi in ordine ad idem subiectum. quemadmodum ergo habitus naturales extenduntur ad diversa obiecta materialia per partes habitus realiter diversas, quae eundem habitum constituunt, ut probabiliter dicunt aliqui Doctores, de quo egi disp. ult. Logicae, ita dubitari potest an visio beata extendatur ad diversa obiecta materialia per partes aliquas realiter distinctas aut per modos realiter distinctos. putant n. Salas 1. 2. q. 4 art. 2. disp. 4. n. 86. visionem non extendi ad ullam creaturam aliquo modo accidentali superaddito et sect. 5 n. 4 et sect. 7 n. 24 plures extensiones realiter distinctas concedit in visione pro multis in ordine creaturis ad quas extenditur, quod probabile censuit P. Albertinus q. 1. referendus.

Ex

Certa mihi sic est ex speciali perfectione individuali et indivisibili visionis provenire quod media illa attingantur creaturae et haec peringquam illae quidem dentur modi, partes vel realiter distincti a visione per quas extendatur ad has et illas creaturas. haec sic expresse tradit Suarez 3. p. tho. 1. disp. 26 sect. 3. § secundo et 1. p. lib. 2 de attributis c. 26 nº 21. Ubi Nabarrete contr. 44 fol. 273 col. 1. Arrubal disp. 26. c. 1. nº 2. et 8 nº 12. Albelda disp. 29 nº 29 et 30 et disp. 31. nº 27, 28, et 21 Henrice disp. 49 c. 3. nº 26. et disp. 52 c. 5 nº 33. Fasolus q. in art. 8. dubio 2. nº 12. Granado tract. 6. de visione disp. 1. sect. 6 nº 35 et 36. Cabrera 3. p. tho. q. 9. 10 art. 4 disp. 1. nº 4 et 5. Egidius Lusitanus 1. 2. tho. 2. lib. 5 de visione q. 4 art. 5 § 4 nº 108 et tho. 3. in appendice q. 1. art. 6. § 3. ad 14 Albertinus tho. 1. prin. 1. q. 1. physica dubio 7 nº 7. et q. 5. Theologica nº 7. Hurtado disp. 2. de anima sect. 3. § 18. et Recentiores citat.

Probatur ratione quia non repugnat ut unico actu etiam naturali indivisibiliter representantur plura objecta quae nequeunt creari plures et simul, et simul etiam Deus eadem indivisibili beata visione exprimantur cum sit actus multo nobilior aliis naturalibus, etiam intellectus angelicus probatur nam eadem visione corporea secundum meam sententiam plures colores etiam specie distincti inter se et visualiter cognoscuntur et secundum sententiam plura individua alba, et color simul cum luce. et quod est in dubitatum tantum quantum est quod indivisibiliter representatur per unam visionem receptam in exigua pupilla quidem in tali visione dentur

partes pro numero partium obiecti, et sic de aliis obiectis immensae magnitudinis. Secundo intellectus multiplicitis per indivisibilem tendentiam actus cognoscit obiectum divisibile: item cognoscit plura obiecta simul sub eadem ratione formali &c.

Probatur 1° ratione a priori nam intellectus nunquam attingit plura obiecta materialia nisi sub una ratione formali, praesertim praestatur media visione beata, quae creata obiecta non nisi in Deo et per Deum attingit &c. per eandem tendentiam indivisibilem. Ergo probatur nam obiecta plura ratione unius obiecti formalis fiunt unum quodam modo &c. visio circa illa unica est et indivisibilis.

Probatur 2° ratione a posteriori nam communis est sententia inter Theologos animam Christi Domini videre in essentia divina omnia, quae Deus videt scientia visionis &c. per visionem indivisibilem carentem partibus extensionis. Ergo probatur nam si divisibilis esset pro multitudine obiectorum, sicut obiecta quae fuerunt sunt et erunt per totam aeternitatem non infinita sunt, itaquoque partes et modi extensionis in tali visione essent infiniti actu existentes, quod repugnat.

Probatur 3° impugnando sententiam Salas, nam ille modus illave extensio ratione obiecti materialis et est actus vitalis expresse repraesentans creaturam hanc aut illam vel non? Si dicas non: esset quod medio tali modo non posset beatus videre creaturas, quas per visionem non videbat. Si dicas esse actum vitalem expresse repraesentantem creaturas, ergo pro diversitate obiectorum concedet Salas totidem actus vitales, totidem visiones diversas. Adde non esse intelligibile quod pacto illae partes extensionis maneant integrae, an unicae, quae sit eius repraesentatio de genere visionis

visionis sicut continuativa caloris sunt de genere caloris.
Q. si talis visio repraesentet rogo quinam obiectum? si dicis
obiectum alterius partis extensionis; instabo cur potius unius
quam alterius partis? si dicas repraesentari obiecti utriusque
partis, q. visio una indivisibilis id potius praestaret absque
partibus extensionis, sicut nos praestari ab hac unione in
divisibili. Vide Suarez et relatum et eaque sect. 1. asse
ram 1a gradus intensionis —

Obj. 1o Solas, ex eo quod per intrinsecam tendentiam
visiones respiciant diversa obiecta materialia ipsas quoque
fore diversas, quod per aliquod praedicatum sibi intrinsecum
et essentiale, et sicut creaturae essentialiter distinguantur, ita et
visiones — Resp. ex dictis disp. 1. art. 9. sect. 1. et 2. res
pectum ad creaturas esse visioni intrinsecum illi quae essentia
lis inquantum est tale individuum et ratione illius respectus
a visione alterius obiecti essentialiter distingui, non tamen speci
fice, sed solum individualiter 2a alta in eo loco. Q. si
hoc argumentum aliquid valeret probaret quoque extensiones illas di
versas solas inter se essentialiter et specie distingui atque adeo
dari visiones specie distinctas —

Obj. 2o absque tali tendentia intrinseca et respec
tu transcendentali novo intrinseco posset visio divinae es
sentiae modo ad hoc modo ad illa obiecta materialia exten
di, sicut visio increata absque speciali respectu transcen
dentali intrinseco, eo ipso quod obiectum existat, intelligitur ex
tendi ad eius intuitionem; quod similiter visio beata. Resp.
negando paritatem. Ut disp. 6. ostendo a. n. necesse esset

illimitatio et eminentia visionis increatae, cui ipsa ex se absque respectu transcendentali intrinseco debitum peculiari, id reddit; visio vero creata cum sit limitatae perfectionis non intelligitur ad nova obiecta extendi, nisi per proprium intrinsecum respectum transcendentalem, quem non habet respectu aliorum obiectorum non dicitur neque est illorum visio.

Sect. 2. Visionem esse in diversis beatis quoad formalem intensionem authoritate, et 2a ratione ostenditur.

Veniamus ad perfectionem intensivam visionis quae ex peculiari natura intensionis non solum debet attendi penes idem subiectum sicut caloris intensio attenditur circa eandem partem subiecti, sed etiam debet attendi circa idem obiectum, ut omnino a perfectione extensiva condistinguatur. Cum autem duplex sit obiectum visionis beatae, alterum primarium et alterum secundarium, perfectio intensiva visionis poterit reperiri et in ordine ad idem obiectum tam primarium quam secundarium (quae dicatur absoluta perfectio intensiva) et in ordine tamen ad primarium quo melius cognoscatur ex eo quod plura secundaria plures quamquam creaturae in Deo cognoscentur, ut sect. ult. explicabo.

Solet ergo dubitari 1o. an perfectio intensiva visionis constituatur per multitudinem graduum realiter distinctorum ad modum intensionis formalem aliarum qualitatum, de quibus supra q. de generatione ex gradibus distinctis egimus; an potius

sit

valuerit ea major p. ito intensiua ... distinctis in diuiduae vi ... inde ... melioris visionis, atque formalis intens... multitudine graduum. videtur valde verisimile multitudinem graduum realiter distinctorum etiam in visione beata admittere ut Greg. 4 dist. 49 q. 4 art. 2 ... Major 3. dist. 13. q. 3. ad 2um. Albertinus tho. 2. disp. 3. de quant... difficult. 5. Hurt. disp. 13. phys. sect. 2. §. 28 concedentes possibilem in visione graduum multitudinem etiam infinitam ... intensionem formalem concedunt P. Vazq. 1. p. disp. 47 fine ... Nauarrete controuersia 99 ... Arrubal. q. 12. art. 6. in ... n.o 3 et disp. 26. c. 3. Herice disp. 49 c. 3. n.o 26. Fasolo q. 12. art. 6. dubio 2. n.o 22 et dubio 3. idem supponit et art. 8. dubio 2a late ... Granado ... de visione disp. 20 n.o 3. 6. etc. Ximenez ... meth. c. 2. q. 2. sect. 4 Egidius Lusitanus l. 2. tho. 2. ... 12. q. 10 art. 2. § 2. et q. 12 art. 2. Ragusa 3. p. disp. ... § 2. ... et alij quam plures. ...

... disp. 4 de gener. q. 2. art. 2. sect. 3 et 4 et disp. 3. ... q. 1. art. 1. sect. 3. ostendi valde probabile esse nullum actum intellectus habere intensionem formalem gradualem idque ostendi fultum esse autho... viginta doctorum qui nulli qualitati intensae dari ordinem graduum realiter distinctorum concedunt et priuatim eam in actibus intellectus non agnoscunt. Ut P. Salas 1. 2. tho. 2. tract. 10 disp. 1. sect. 2. n.o 40. peculiariter de visione beata id docuerat tho. 1. tract. 2. disp. 4. sect. 6. n.o 100. idemque docet Suarez 3. p. tho. 1. disp. 26 sect. 3. § ...

et 1. p. lib. 2 de attributis cap. 6 n. 11. et Granad. d. 1. n. 7. putat hanc sententiam probabile, et alii Docti Recentiores doctrinam communem olim traditam cum Deus alto intellectu aut probarunt aut probabilem censuerunt.

Probatur 1° illis verbis fundamentis quae loco citato de generatione et aug. ostendi generaliter hanc intensionem formalem non reperiri in actibus intellectus. 1° quia verbum habent rationem imaginis representantis objectum; at ratio imaginis consistit in indivisibili neque potest recipere magis et minus. 2° quia imago imperfectior v. g. representatio ut unum non conjuncta cum imagine perfectiori v. g. representante ut duo ad reddendam potentiam formaliter melius cognoscentem; nam si potentia per cognitionem meliorem indivisibilem redderetur perfectius cognoscens ad hanc tamen meliorem cognitionem non conferret imperfecta representatio, sicut gradus superiores caloris cum inferioribus indivisibiliter conficiunt ad melius calefaciendum. quod praesertim urget in sententia quae gradus intensionis equales admittit, est non intelligibile, quod gradus cognitionis representans obscure objectum ex eo quod conjungatur cum alio gradu etiam confuse representante et cum centum gradibus reddat potentiam clare et distincte cognoscentem.

3° quia adveniente meliore et distincta visione objecti non experimur imperfectam et confusam, quae prius dabatur dum objectum proxime non erat applicatum. at si compositio gradualis daretur in visione post approximationem objecti, perseveraret visio imperfectior et confusa, quae representabat objectum longe distans, et posita in potentia non possit reddere

denominare videntem obscure obiective et proxime expresse quia nullum est indicium talis intensionis. plura proinde dantur indivisibilitatis adversa. tunc quia qui dicuntur et deducuntur in instante, non obstante resistentia contrarii; propter quam aliae qualitates intensibiles paulatim remittuntur et intenduntur. tunc etiam quia sunt valde defectibiles et facile perdibiles, quae longe abest a qualitate intensa, quae eo ipso est bene radicata in subiecto. tandem quia ens perfectio maior et minor aliter non datur sine variatione ex parte obiecti: at intensio semper datur non solum respectu eiusdem subiecti, sed etiam respectu eiusdem termini aut obiecti.

Sectio 3. peculiaris ratio pro indivisibilitate visionis quoad intensionem.

Probatur 1° eadem veritas nam intensio accidit in visione ut quo plures et plures creaturae videantur in Deo eo perfectius videatur Deus et eo sit visio perfectior ut recte S. Tho. 1. p. q. 12. art. 7. ad 3. et lib. 4 dist. 49 q. 2. art. 5. corpore fine et innumeri Doctores quos accurate refert et sequitur P. Vasquez 1. p. q. 12. art. 8. disp. 22. ubi in fine numeri 103. docet id non negari nisi a paucis Recentioribus, de quo disp. 6. et sect. 5. in 1° arg°. sed ad hoc ut videantur plures et plures creaturae non est necessaria, neque potest dari graduatis intensio, quae haec non datur in visione beata.

Minor probatur nam intensio non solum debet esse circa idem subiectum, sed etiam circa idem obiectum et circa eosdem

terminos, quae non exigat visio beata in intellectu, ex eo quod per superiores gradus diversas aut plures creaturas repraesentet, id ex eo quia si diversitate creaturarum diversae visiones indivisibiles exceedantur. Ita probatur ex auth. S. Tho. 1. 2ae q. 52. art. 2. Noster Thomistae et alii quos refferunt et sequuntur Albertinus tho. 1. part. q. 1. phylosophica dubio, nº 2. et Granado tr. de visione disp. 10 initio: 2º quia in hoc differt intensio ab extensione, quod haec extendit qualitatem ad novum subjectum vel ad novum terminum. 3º quia alias duo gradus visionis possent coordinari ad unum et idem repraesentandum. v. g. qui repraesentaret Deum cum una creatura non posset coordinari cum alio, ad duas alias repraesentandas cum illarum non sit formalis repraesentatio. Quia namque habitus naturales ex eo extenduntur ad diversa objecta materialia quae sub eadem ratione formali et in eodem subjecto, nihilominus non dicuntur facere intensionem sed solum extensionem, ergo similiter illi gradus visionis. 5º nam dilectio unius proximi vel plurium propter Deum, non conducit ad intensionem charitatis solum propter variationem objecti materialis, ergo si per gradum superiorem diversae creaturae repraesententur non fiet intensio in visione.

Dices cum Cajetano 1. p. q. 12: art. 8 dub. 12. nº 12, quando diversitas objecti materialis conducit ad melius percipiendum objectum primarium, tunc ex diversitate objecti materialis et secundarii exigit intensionem actus visionis et in rigore ea intensio exercetur. Contra, idque

idem subjectum et objectum cum sit causa idem objectum primarium sicut visio corporea crescit in intensione ex eo quod per majus lumen et per majorem approximationem plura objecta appareant, et distinctius attingatur objectum, quod antea sub obscure cognoscebatur. exempla habituum naturalium et actuum charitatis causa diversa objecta materialia, deficiunt in hoc, quod illa objecta materialia non ita respiciuntur sub eodem objecto formali. Ut hoc magis innotescat. et diligatur ex eo quod plura objecta materialia aut cognoscantur aut diligantur, sicut essentia Divina magis innotescit ex eo quod plura objecta materialia in illa eminenter stent repraesentanda.

Sed 3a est 2a confirmatio. nam per visionem quam visio secundario vere repraesentantur creaturae, quod si daretur plus intensionis in tali visione, deberet dari plus repraesentationis ejusdem objecti secundarii. Atqui plus nam superiori gradus novam creaturam repraesentans, id praestare debet per differentiam intrinsecam et peculiarem; sed talis peculiaris differentia non est plus repraesentatio ejus talis creaturae quod objecti secundarii, quod non est gradus majoris intensionis. minor haec probatur, nam si esset plus; in inferiori gradu deberet minus talis repraesentationis; sed inferior gradus ut supponitur, non est repraesentatio illius creaturae sed alterius aut nulli, quod neque est minor repraesentatio illius, sed non repraesentatio quod gradus superior non repraesentat plus talem creaturam.

3a est 2a confirmatio nam quamvis melius cog=

noscatur esse Divina quae plures in ea videntur creaturae, non
tamen ita ut praestare debeat per gradus repraesentantes
diversas creaturas. nam inferior gradus visionis v. g. re-
praesentaret et Deum ut est in se et ut est productivus
creaturae A. secundus gradus non plus manifestat aut ex-
primit Deum ut productivum creaturae A. sed repraesentat
Deum ut productivum A. et B. at posse producere Deum
creaturam B. quod divinus cognosci per 2um gradum non manifes-
tat magis Deum productivum A. Alterum repraesentat
Deum ut productivum A. sicut primus gradus et addit
repraesentationem Dei ut productivi B, quae cum non augeat visionem
Dei ut productivi A, sed solum addat repraesentationem per
fecibilis rationibus, plane secundus gradus non facit intens-
ionem cum ad hoc non opus esset, ut obiectum quod minus repre-
sentatur indivisibiliter per 1um gradum repraesentare-
tur melius per 2um, et non sufficit quod melius repraesen-
tetur obiectum primarium utcunque. 2a est.

2a est. 2a confirmatio nam exemplum visionis
corporeae ut late ostendit locus relatis de gener. et cor-
potius confirmat non dari in visione beata formalem intens-
ionem. nam accedente maiori lumine ad obiectum, et hoc
magis approximato non perstitit in ipsa visiva illa prior vi-
sio qua obiectum subobscure repraesentabatur sed clare iam
et distincte videtur obiectum et ut est in se, quae [illegible] quae
sunt in obiecto, a lumine manifestante, at si visio prior
subobscura faceret intensionem cum visione clara deberet
perstitere simul cum visione clara, quae in eo in quo datur
clarior et perfectior visio non datur latitudo graduum
sive

riores cujus superior beatus habeat in se visionem imperfectam et unius, quod creditus est inferior beatus, ad illos transgredi de maiori; atque quod non perseveret illa imperfectior et subobscura visio corporea, probatur, nam si perseveraret per illam subobscure videremus sicut antea et simul clare per gradum superiorem, et utrumque modum videndi experiremur; nam cum illa subobscura visio informet subjectum, et habeat suas rationes ad denominandum vitaliter, non potest non denominare: Aliunde non potest accipere a gradu superiori clarum modum repraesentandi, quod adhuc solum subobscure videbit, sicut antea quando valde distabat, quod est falsum et contra experientiam.

Contra est 3a confirmatio nam quod Deus auget lumen per se ex eo, ulterius vellet diligere proximum propter Deum non auget intensive priorem actum, sed efficit novum individualiter diversum quod videatur Deus et in Deo plures creaturas id non praestatur per gradus intensionis diversos superiores, sed per visiones individualiter diversas, atque concedit cum P. Rhassolo. Neganda probatur nam sicut hic doctor censet intendi visionem ex eo, quod per maiorem visionem nova objecta secundaria cognoscantur, quia tunc illa cognoscuntur in Deo et per illam Deus magis manifestatur ideo identitas cum primario sufficit, ut talis visio dicatur intensior; sed etiam in illis duabus dilectionibus datur identitas

obiectivi formalis scilicet bonitatis divinae et haec per visionem qua album attingitur et diligitur ut obiectum formale et plus diligitur ex eo quod non solum in se sed etiam in in proximo diligatur quod sicut ex hoc non arguitur augmentum intensivum, propter diversitatem obiecti terminativi secundarii ita etiam in visione —

2a est ulta, confirmatio nam gradus 1us quo videret Deus in se sine illa creatura et cum creatura A. tamen ut faceret intensionem cum gradu, quo insuper cognosceret in Deo creaturam B. opus esset utrum illo uniretur. cum autem uniones caloris quo ad intensionem participent rationem caloris abstrahentem a completa et incompleta sicut uniones et indivisibilia extensionis caloris necessario sequitur uniones horum graduum visionis in ratione intensionis participare quoque rationem visionis et repraesentationis quod vere Deum repraesentaret. rogo igitur quam creaturam et quas repraesentet unio intercedens inter gradum repraesentantem creaturam A. in Deo et inter gradum repraesentantem simul creaturas A. et B.? non creaturam A. tamen; alias ea unio non posset esse tamen formaliter communicandi augmentum tali visioni et intendendi illam ad hoc ut repraesentet per 1um gradum in Deo creaturas A. et B. neque etiam repraesentaret simul A. et B. sicut secundus gradus, tunc enim praecipiperet munus gradus secundi, nihilque repraesentandum donum relinqueret secundo gradui. tunc enim superflue poneretur gradualis intensio, cum per talem unionem indivisibilem utraque illa creatura sufficienter repraesentetur. tunc ergo

se

rea cum illa visio mediet inter 1us et 2us gradum, non est major ratio quare ipsius repraesentet objectum 1um quam objectum secundi gradus, id non datur medium inter illa duo objecta quae repraesententur, ergo non datur talis visio repraesentans per modum visionis, ergo neque intensio formalis.

Sect. 4. Alius modus defendendi intensionem visionis rejicitur.

1.

Difficultates objectas sect. praecedenti 1^a formalem intensionem visionis effugiet, qui cum P. Alvarez et P. Granado ex S. Tho. P. citato censeat intensionem non esse computandam in visione sicut P. Vasquez et alii existimant, sed ita ut per omnes gradus intensionis visionis, repraesentetur idem met objectum, tam primarium quam secundarium, et solum addatur major intensio et perfectio, ratione claritatis majoris in gradibus superioribus, qui non eius gradus determinate repraesentent haec aut secundaria, et non illa, proveniet ex differentia individuali, qua differant a gradibus alterius visionis diversas creaturas repraesentantis. Hoc fortasse fuit etiam mens aliorum Doctorum quos retuli sect. 1. et disp. 2. art. 7 sect. 1. admittentes individualem inaequalitatem, et expresse Aegydius Lusitanus 1. 2. S. Tho. 2. lib. 12 q. 20 art. 3. § 5. n° 27. ubi doctrinam falsam docet quam in calce hujus sectionis impugnabo.

Sed neque hoc modo potest sustineri formalis intensio in actu visionis beatae 1° quia contra est doctrinam desumptam ex S. Tho. et referendam sect. 5. et 6. aliunde quia ex creaturis in Deo visis desumunt illi DD. majorem

claritas visionis; nam secundum legem ordinariam
si posset aliter contingere secundum extraordinariam
claritas et perfectio crescit in visione solum ex eo
per eam videantur plures et plures creaturae, quod circa idem
objectum tam primarium quam secundarium non possunt
dari plures gradus visionis conferentes majorem clari
tatem, quod cum neque detur circa eadem obiecta materialia impos
sibilis erit ea visionis intensio —

2º nam qualis hujusmodi intensio in visione beata
pugnant rationes tactae sect. 2 q. q. intensio formalis ex
cluditur ab actibus intellectus. 3º nam in hoc modo
explicandi intensionem admittitur non solum possibilis inaequa
litas individualis inter visiones, sed reipsa conceditur,
diversitate objectorum materialium, quod major est perfectio in
claritate possit facile ratione indivisibilis perfectio
nis majoris concedi. Sequela probatur, nam longe difficilius
est quod diversa obiecta repraesentent ratione diversae differentiae
individualis divisibilis quod ad intensionem, quod sicut hoc
conceditur ita et quod detur major claritas ratione perfectionis
indivisibilis majoris —

4º nam data hac indivisibilitate graduali in
visione facile intelligitur quod facto consistere possint in
eadem entitate visionis perfectio extensiva et intens
siva cum facile intelligatur unicam differentiam indivisibi
lem habere perfectionem majorem quam alias et ad plures
terminos se obiicere ordinari; at non est adeo facile cum
divisibilitate graduali indivisibilitatem in repraesentando de
fendere —

5º nam impossibilis non est qualitas vitalis

ca

caricas intensiue formali, ut infra dicetur, ergo ostendam
hujusmodi non esse visionem beatam, praeterea aliis
rationibus intellectus dantis in ipsa peculiares. 1a
quia semel et necessario influxu a quolibet beato elli-
citur 2a proportio luminis gloriae, quin sit in eius
potestate modo minorem modo majorem conatum ad-
hibere. 2a est qualitas omnino invariabilis, quae semel
producta nunquam neque diminuitur neque augetur,
ut art. ult. ostendam. 3a nam est omnino incorrup-
tibilis a contrario; ergo si illum haberet, in instanti deberet
destrueretur cum non sit [illegible] aliis vitalibus contrariis; ergo
neque in gradibus remissis simul a potentia capiantur; at
propter resistentiam et impugnationem contrarii solet quando-
que laborando gradualis intensiua concedi. 4a re-
praesentat sua obiecta plura et infinita indivisibili-
ter, ergo in claritate quoque et perfectione erit indivisibilis.

Illud etiam dissimulandum non est falsum Egydium
d. n° 26 existimare 1um gradum visionis quod creaturam
repraesentabatur accedente gradu superiori posse jam
talem creaturam repraesentare quia addito superioris gradus
fit 1us gradus vigorosior et virtuosior, ita Lusitanus loquitur
etc. et ideo medio illo videtur creatura, quae antea non
videbatur; sicut 1us gradus caloris accedente superiore
redditur potentior ad plus caloris producendum.

Sed haec doctrina falsissima est, 1o quia aliquis 1us
gradus cujusvis visionis esset repraesentativus quasi in actu
1o, non solum unius sed etiam infinitarum creaturarum quae vi-
derentur medio illo, si plures et plures gradus superiores

accederet. 2° quia inintelligibile est et divinus tamen visionem creatum, propter carentiam respectus transcendentalis ad obiectum quod sit visio in actu primo ipso repraesentationalis obiectum, ergo illud non videatur, quod nobis ostenderet esse et doctrina ipsius Aegidii. Quarto dixi non posse videntem superiorem gradum per lumen non videatur creatum, et adhuc illud superiore videatur per eundem lumen gradum. 3° quia superior gradus nihil confert primo, ad hoc ut repraesentet quod antea non repraesentabat, nemo enim in genere efficientis dicat superior gradus caloris v.g. sextus et septimus quasi elevare lumen gradum ad producendum calorem ut sex et ut octo, non est superior gradus visionis, ad hoc ut per primum videatur quod antea non videbatur, quia in genere causae formalis reddit subiectum vivens ... in hoc genere neque elevatur lumen gradus neque potest elevari. quare quod lumen gradus per superiorem reddatur vigorosior aut virtuosior tam verum est, quam vere vigorosior et virtuosior lateris —

Sect. 5. An gratia sit formalis intensiva visionis beatae

Dico 1. Concilium Trid. sect. 6. can. 32 ubi definitur hominem iustificati bona opera Dei vere mereri augmentum gratiae, vitam aeternam, et ipsius vitae aeternae consequutionem si tamen in gratia decesserit atque etiam gloriae augmentum; ubi nota lumen agnosci a Concilio gloriae augmentum quod cum non sit extensivum debet esse intensivum

Si

divinum. 2° eodem modo loq. de augm° gratiae ac de
augmento gloriae q. sicut illud est intensivum per gradus
beatos hoi. 3° non posse verificari in nra sententia
dari augmentum gloriae propter merita, augmentum n. supponit aliquid q. augeatur et addit augmentum; at visio
in divisibilibus et totalis individualiter durans nihil
supponit q. augeatur. 4° nam praemia meritis gloriae
q. merita sint, n. totalem quae postea datur q. partem
illius, q. hēt gradus; alias si gradus non haberet, nihil daretur in illa praemiis meritis respondens.

R. tueri n. fuisse decreto Tridentino definire visionem beatam habere latitudinem intensivam per plures gradus, reclamarent n. q. praesentes aderant et intensionem n. nisi per majorem radicationem in subjecto ejusdem qualitatis indivisibilis admittunt, ingenue semper absque addito gradus ad gradum utuntur frequenter nomine augmenti qualitatis. ex hoc q. decreto Tridentino solum colligitur virtus meritoria, quae inest justorum operibus, ... multitudine et dignitate meritorum majorem et praestantiorem gratiam et gloriam afferat. modo sit divisibilis modo indivisibilis. Unde patet ad 1am per augmentum gloriae intelligi lumen intensius et visionem indivisibilem meliorem. Ad 2am loquitur scilicet eodem modo de utroque augmento nam q. ~~[illegible]~~ in gratia sit per intensionem formalem sit item in lumine per intensionem formalem et in visione per virtualem scilicet per meliorem essentiam indivisibilem. ad 3am n. improprie dicitur augmentum gloriae.

perfectio major visionis nam hæc formaliter non continet gradus quorum inferiores subjaceant superioribus, sed hæc intensione virtuali et gradus virtuales, quatenus habet indivisibilem perfectionem superiorem, quæ excedit inferiores visiones indivisibiles et eas veluti eminenter continet; Adde in gloria non solum claritatem visionis sed etiam lumen gloriæ, quod ipsum capax est augmenti formalis intensivi. Ad quod per inferiora merita operatum fuit jus ad inferiores visiones, cui juri satis fit, per superiorem visionem continentem in se equivalenter eas inferiores

Obj. 2º sententia recepta est inter scholasticos alíquem clarius, et intensius videre Deum quam plures creaturas in ipso intueri, ita S. Thom. 1. p. q. 12 art. 7. et 8 corpore et ad 2um et alijs innumeris in locis qui supponunt in visione dari gradualem intensionem et majoris ac minoris claritatis. Similiter S. Thom. 1. p. q. 12 art. 6. et alibi sæpissime et SS. PP. non pauci docent quosdam beatos clarius, alijs videre Deum quam inclarita visionis agnoscunt magis et minus —

Resp. clare S. Thomam illud asserere et inter visiones inequalitatem perfectionis et claritatis agnoscere non tamen intensionem formalem, et ideo nusquam usurpat in visione nomina aut intensionis aut remissionis, sed visionem dicit perfectiorem, clariorem, meliorem, majorem, magis et minus claram aut perfectam, quod potius indicat inequalitatem perfectionis indivisibilis a nobis explicatam. eodem

mo.

solutio admittenda est. Testimonia SS. PP. quae refert Egid. eod. lib. 2. q. 1. ar. 3. § 2. Ut Sanc. Ambrosii, S. Augustini, S. Prosperi, S. Bernardi et aliorum qui agnoscunt in aliquibus visionibus majorem claritatem, hanc concedo libentissime, sed sufficienter habetur per differentiam alicujus perfectiorem et indivisibilem eo pacto, quod visio increata clarior quacumque creata asserenda est.

Obj. 3°. proprissimum est qualitatis suscipere magis et minus et capacem esse intensionis, sed hoc etiam reperitur in visionibus beatis et aliis intellectus. Major probatur tum quia proprietas est inseparabilis a radice, tum etiam quia visio recipit magis et minus perfectionis aut claritatis, sed per formalem intensionem. 2o nam eodem jure possemus negare formalem intensionem in gratia sanctificante, in charitate, in fide Xa et in lumine gloriae praesertim quod simul et semel infunditur, quod incorruptibile est et invariabile, quod nunquam neque diminuitur neque augetur.

R. suscipere magis et minus per intensionem formalem gradualem non ita esse proprium qualitatis, ut sit proprium 4o modo quod spectat omni qualitati: nam plurimae tales qualitates sunt et secundum eas indivisibiles quoad intensionem: similiter figura et aliae inter quas ego quoque vitales actus numerabo, ex eo autem quod recipiant magis et minus in perfectione non sequitur eos habere gradualem intensionem, nam actiones etiam et substantiae habent magis et minus perfectionis absque formali intensione, unde patet ad probationem majoris quae neganda est.

Ad 2um R. gra paulatim augeri in via unde ejus gradualis intensio colligitur, quæ deservit ad meliores habitus supernales et intensiores producendos ut meliores actus producantur. et ideo habitus charitatis fidei et aliarum virtutum intensibiles sunt non ita actus propter fundamentum, quod sectione præcedenti attigi. de lumine gloriæ posset similiter affirmari probabiliter illud esse indivisibile et inæqualis perfectionis pro diversitate meritorum propter naturam ejus specialem et propter ea quæ afferuntur ab aliquo; sed quia similiter natura habitus probabilius videtur illud sicuti et reliquos habitus habere formalem gradium intensionis —

Sect. 6. aliquot difficultates circa perfectionem intensivam et extensivam visionis.

§ 1.

Ex doctrina huc usque tradita valde proclive est difficultates occurrentes circa perfectionem extensivam et intensivam visionis expedire. 1a est an visio beati loci sit intensior quo extensior, et e contra? nam qui intensionem formalem in visione admittunt non satis explicant quo pacto intensio conducat ad extensionem, aut e contra. si v.g. visio ut octo quod octo creaturæ videantur; 1a quod deus per 1um gradum et reliquos usque ad 8um cognoscuntur ut docet Granado et Arrubal. 2 diversas per 1um ac per 2um et sequentes; si hoc dicas urgent rationes quas sectione 3. objeci contra hunc modum intensionis. si dicas illud quod etsi solus 1us gradus visionis daretur, totidem creaturæ ac per visionem ut octo repræsentarentur quod visio octo

obto creaturas non infert visionem intensam Verbo, quam deberet inferre iuxta doctrinam S. Thomae statim explicandam. huic ergo difficultati facile uno verbo in mea sententia satisfacio per unam differentiam indivisibilem habere eam visionem et perfectionem veluti intensivam et representationem harum et illarum creaturarum.

Propositio observo secundum legem ordinariam et regulariter quod plures creaturas videat beatus in Deo eo clarius ipsum intueri. ita S. Thomas 1. p. q. 12. art. 8. corpore et ad 2um q. 57. art. 5. corpore et q. 106. art. 1. ad 2um et 1. 2ae q. 180 art. 5. ad 3um et 3. p. q. 10 art. 2. corpore et lib. 2. sententiarum dist. 11. q. 2. art. 2. corpore et lib. 3. dist. 14 art. 2. quaestiuncula 2. corpore et lib. 4 dist. 49 q. 2. art. 5 corpore et ad 3um et 12. et q. 8. de verit. art. 4 corpore et q. 20 art. 4. q. 12. et 5. eandem sententiam sequuntur Capreolus. Cajet. Palacios et Soto Molina Valencia, Fonseca Vasquez Zumel, Nabarrete Becanus Vasquez Suarez et Coninck. quos ac curate refert et sequitur Fasolus 1. p. q. 12. art. 8. dubio 12. idemque defendunt Arriaga 1. p. disp. 26 c. 5. nº 19 et c. 6. nº 23. Lugo disp. 52 c. 3. nº 39 et Aegidius Lusitanus 1. 2 tho. 2. lib. 12 q. 20 art. 3. § 5. nº 25 et alii DD. ratio est quia cognitio effectus in causa iuvat ad melius cognoscendam causam, ergo cognitio plurium creaturarum in Deo ad melius penetrandum et cognoscendum Deum.

Similiter est inseparabilis inter duos beatos, qui melius et perfectius simpliciter videt Deum quam alter consequenter plures quam alter creaturas videat, ita DD.

S. relati et S. Tho. 1. p. citatus ita ait hoc quo Deus facit et facere potest, tanto aliquis intellectus plura cognoscit, quanto perfectius Deum videt. Ratio quia sicut ait S. Doctor, quia melior et perfectior cognitio causae est maior penetratio illius; sed qui plus penetrat causam illius virtutis cognoscit effectus qui in illa continentur, et qui perfectius Deum videt secundum legem ordinariam plures res creatas videt in Deo. quare

Quare P. Ferie. 1. p. disp. 52. c. 3. nº 39 monet in casu quo aliquis Pontifex et Rex minus beatus supponatur debeat in Deo magnum numerum creaturarum intueri alterum heremitam beatiorem perfectius videntem Deum cognituram in Deo totidem creaturas ex possibilibus, et plures et eas quarum perfectio compenset et superet perfectiones visionis inferioris in Rege et Pontifice circa creaturas. Fagundez q. 12. art. 8. dubio 22 nº 229 ait in hoc casu obiectum materiale et secundarium, in quo excedit Rex minus beatus illi non manifestandum per visionem, sed extra illam per peculiarem revelationem, addunt pater Araujo, Nabarrete et fere reliqui DD uno excepto Egydio qui aliter videtur sentire; fieri posse per potentiam absolutam ut detur clarior et perfectior visio Dei individualiter, quae nullas et paucas creaturas in Deo repraesentet, et alia minus perfecta plurimas in Deo attingat, quia non illi deest perfectionis desumptae ex creaturis cognitis in Deo, et illa eminentia, quae non penetratur in divina essentia, per creaturas in ipsa cognitas, potest compensari maiori claritate visionis, quae illi accrescat ex perfectiori

et

et intensiore lumine. nam sicut in visione creata idem objectum formale et materiale modo exiguo conatu, modo majori speramur per actus supernaturales inaequales in perfectione materiali; ita etiam possunt beati circa Deum et easdem creaturas, quod sicut aliunde quam ex manifestatione objecti secundarii in Deo attingi in hoc casu major perfectio in actu ita etiam si nullum objectum secundarium et pauciora representaret, atque ita reipsa attingere est valde probabile ut docet Herice disp. 52. c. 5. nº 39.

In hoc autem casu claritas major quae daretur in visione proprie pertineret ad perfectionem illius intensivam, ad extensivam vero quod extenderetur ad has et illas creaturas. similiter et de facto sit instabilis quod diximus, scilicet eo clarius Deum videri, quo plures in ipso creaturae videantur nihil omnino respectu ad creaturas tribuendus erit perfectio in extensiva visionis, et essentiae divinae ut applicatae per modum speciei, claritas vero ad perfectionem intensivam quae intensioni luminis tribuetur et respondebit.

2ª difficultas an visio sit ejusdem intensionis cum lumine gloriae in hac difficultate doctores inter se valde dissident. ego facili negotio eam expedio affirmans lumen intensionem habere circa proportionem ..., visionem vero nullam intensionem formalem a lumine accipere et secundum d. excedere activitatem luminis, sed intra illam admodum entitativae perfectionis intellectus, et objecti materialium quae in Deo repraesentat. unde sicut activitas luminis semper finita est et limitata, ita semper visio procedet limitata, quamvis tendat circa infinita

obj[ecti] materialis, et procedat ab intellectu inferiores infinitos imperfectiores et imperfectiores excedat —

3a difficultas an progrediatur lumen individualiter inaequale, quod obiectorum materialium diversitate quae repraesentanda sunt per visiones inaequales. Utraque sententia affirmans et negans valde probabilis est, utraque habet doctos patronos; inclinavi in negativam de qua disp. 6. ubi explicabo unde proveniat quod visio ad haec potius quam illa obiecta extendatur —

4a difficultas, dixi disp. 2. art. 9. ex diversitate luminis et speciei intellectus et ex obiecti materialis diversitate attingi visioni. Dubium est quo pacto ex his duobus simul et diversim inaequalitas illa possit consurgere. Resp. hoc in mea sententia esse facillimum nam modo illa omnia conveniant, modo aliqua eorum tamen, inaequalitas et diversitas datur in visione per unam differentiam illius individualem essentialiter respiciens illa omnia simul et aliqua eorum tamen —

5a diff. an quoties visiones diversae sunt individualiter consectarie ex dictis prius debeant esse necessario inaequales ita ut una sit altera perfectior? Resp. quamvis inter species diversas eo ipso quod diversae sint necessario intercedat inaequalitas perfectionis, quia species sunt sicut numeri, qui quoties diversi sunt inaequales existunt; caeterum nullo fundamento primo auctoritatis aut rationis constringimur ad concedendam necessario inaequalitatem inter individua quae diversitatem individualem habeant —

Art. 4

Sit ne visio beata intuitiva, quidditativa, comprehensiva, practica — " — ".

Haec praedicata solent cognitiones creatas diversificari, et ideo ea omnia eodem articulo complectemur, et an omnia in visione conveniant expenderimus. Dico primo visio beata est intuitiva et immediata ita Suarez lib. 2 de attributis c. 26 n° 4 et 6. Colligitur ex Sacra scriptura Math. 18 1. ad Chorint. 13. et 1. Joann. 3. ubi usurpatur verbum videndi Deum quod proprie de intuitiva visione intelligitur; praeterea Math. 18 et 1. ad Chor. 13. dicitur visio facialis et facie ad faciem et in Concilio Florentino sect. ut beati videntur Deum intueri et Benedictus 12 in extravag. benedictus appellat visionem Dei facialem et intuitivam. eodem modo loquuntur SS. PP. hanc visionem concedentes, quos retuli disp. 1. refferuntque et sequuntur cum S. Tho. 1. p. q. 12 art. 1. et 2. omnes DD. atque haec veritas sine temeritate aut errore periculo negari non potest —.

Probatur ratione nam visio Dei determinatur immediate ab essentia divina ut est in se existens per modum speciei ut disp. 4. explicabitur ergo est cognitio intuitiva et immediata. Consequentia probatur nam cognitio intuitiva est illa quae immediate versatur circa objectum existens ut existens est in se; sed essentia ut existens immediate determinat ad visionem beatam ergo immediate cognos

citr ut existens per visionem atque adeo intuitive. ptr nam ideo cognitio beata dicitr visio dicta metha phora á visione corporea, q est actus immediatus et intuitivus. neque cum hac ocluso pugnat q visio beata videtr abstractive creaturas possibiles cognitas in essentia Divina, nam eadem cognitio pot esse simul intuitiva et abstractiva respectu diversorum obiectorum: simpliciter tn dicitr intuitiva á primario et pr[a]ecipuo obiecto, scilicet increato, cujus dicitr visio.

2º dico visio beata est cognitio evidens et certa. ita DD. [omnes] cum S. Thoma 1. p. q. 12. art. 1. Suarez lib. 2. de atributis c. 18 á nº 2. Herice disp. 50. Fagoldus q. 12 art. 7 nº 29. hoc dico non sequitr aperte ex pr[a]ecedenti nam sensationes externae sunt intuitivae et immediatae et non certae ut colligitr ex DD. disp. 2. art. 5. verum visiones beatae dicimus evidentia et certitudine superare omnes alias creatas cognitiones probatr nam immediate elicitr ex determinatione essentiae Divinae per modum speciei, q attingitr clare et evidenter et cum summa certitudine. conseq[uenti]a probatr nam obiectum formale et species determinans immediate cum optima determinant ad cognitionem optimam q ad summe certam et evidentem.

3ª dico visio beata est cognitio quidditativa dei ita S. Thom. 4 dist. 49 q. 2. art. 3. ad 5. et q. 8. de verit. art. 1. ad [8]. Suarez et Herice [ubi] et omnes DD. hoc etiam dico non sequitr necesso ex pr[a]ecedentibus nam sensationes externae, licet habeant evidentiam et rationem intuitionis

tionis immediate, ut eis sunt quidditatius. q̃ probatur nam
ad cognitionem quidditativam requiritur q̃ media illa attingatur objectum secundum omnia ejus essentialia et quidditativa praedicata; sed nullum est praedicatum existens formaliter in Deo, quod non cognoscatur a beatis, ut dixi q. art. 2. ostendam q̃ visio est cognitio quidditativa. Probatur nam ex sacra scriptura et verbis hominis media hac cognitione videri Deum ut est in se ipsa essentia divina, se illius manifestante, et per modum speciei determinante q̃ visio vere penetrat totam essentiam Dei.

4ª sc. nihilominus visio beata non est cognitio comprehensiva Dei. ita docuit S. Tho. 1. p. q. 12. art. 7. ubi DD. comm. haec sc. censetur certa secundum fidem si intelligatur de cognitione qua cognoscatur Deus quantum cognoscibilis est ut late ostendam disp. 6. dicitur ei visio beata comprehensiva Dei, idest tenens Deum ac possidens ut 1. 2ae q. 4 art. 3. docent cum S. Tho. comm. DD. ex illud Apostoli 1. ad Chorintios 9. sequor autem si quomodo comprehendam.

5ª sc. quamvis visio Dei sit et practica et speculativa, praesertim eis est speculativa. ita Suarez lib. 2. de attribut. c. 30 nº 12. et 13. in primis q̃ sit speculativa patet quia versatur circa Deum objectum non operabile sistendo in illius contemplatione. Deinde ex cognitione Dei dirigitur beatus ad efficiendos aliquos bonos actus circa Deum aut circa alias honestates creatas, q̃ est etiam practica. addunt alii practicam esse quia dirigit

git ad amorem beatificum, sed cum hic amor necess. elliciatur, quamvis ex determinatione visionis beatae, non est proprie ex directe practica, quia haec rerum non habet nisi in effectibus circa quos noster voluntas habeat latitudinem et indifferentiam, ut modo in hac modo in illam partem possit inflecti: dixi tandem visionem potius et simpliciter appellandam speculativam, quia ratione practicae solum habet circa obiectum secundarium: et circa obiectum primarium et formale a quo habet rationem essentialem et specificam, non versatur nisi modo speculativo, propterea S. Thom. 1.2. q. 3. art. 5. docuit beatitudinem sitam esse in operatione speculativa intellectus —

art. 5.

An visio beata sit reflexa —

Dico 1.o visio beata non solum est directa circa Deum, et obiecta secundaria, sed etiam reflexa supra seipsam, quamvis non proprie et formaliter. Quod sit reflexa, contra Ockamum et Gabrielem defendunt plures DD. quos referunt et sequuntur Suar. 1. p. lib. 2. de attrib. c. 28 n.o 9. Vasquez 1.2. disp. 25. c. 5 n.o 20 ubi P. Salas Tho. 1. tr. 2. disp. 5. sect. 4 et Egydius Lusitanus lib. 4 de beatit. q. 9. art. 6. § 2. et Herice 1. p. disp. 51. c. 4 n.o 2.

Probatur nam in hoc nulla est repugnantia, cum possit intellectus per actus etiam naturales supra ipsos reflecti multo minus id repugnabit visioni beatae, quae ex generali regno imitatur perfectissime visionem increatam, quan-

quo —

docui reflexam disp. 2. de scia Dei art. ult. q. 5°
visio beata re ipsa se repraesentet in Verbo. Patet
nunc qa id concedit visioni increatae. tum qa pertinet ad statum beatitudinis ut beatus sciat se videre Deum cum habeat perfectum gaudium et tranquillitatem; et sicut illi conceditur q videat alia obiecta secundaria in divina essentia per visionem beatam, qa id pertinet ad perfectionem et consumationem sui status; ita etiam et q reflexe sciat se videre Deum per visionem beatam cum id non repugnet ~

Addidi in 2° non esse eam reflexionem propriam et formalem, q etiam docui loco citato cum scia Dei et postea vidi observatum a Herice P. et habet Suar. lib. 2 de attribut. c. 28 n° 9. ratio est qa visione beata non alio modo cognoscit beatus ipsam visionem quam cognoscit reliquas creaturas in Deo; ex eo n. q cognoscat Deum directe et in eo etiam directe creaturas ad suum statum pertinentes, quasi indirecte cognoscit suam beatitudinem, atque adeo ipsam visionem ut peculiarem creaturam in Deo: cum autem ad propriam et formalem reflexionem requiratur 2us actus realiter et formaliter distinctus, q habeat diversum obiectum formaliter ab obiecto cognitionis directae, visio beata non potest proprie dici reflexa seipsa, qa habet idem obiectum formale et primarium terminativum q habet directa; et sicut extensio illius ad novum obiectum materiale, non est actus novus, ita neque extensio ad cognoscendum se ipsam in essentia Dei; et visio non est proprie et formaliter reflexa ~

Ex qua doctrina facile conciliantur qui dissolvantur aqua

quę sententia negante omnem reflexionem in visione affe-
runtur 1um quia actus reflexus ut potentia signum et imago di-
recti ab illo debet realiter distingui, sed visio non est simul
directa et reflexa. 2um quia saltem deberet ratione distingui
aliàs idem esset objectum sui ipsius et cognitio respiceret
ordine transcendentali se ipsam ut objectum; quod esse impos-
sibile constat, quia unaquaeque formalis non potest reddi talis per
aliam, neque ratione distinctam, sicut ubi non ubicatur per
aliud ubi et actio non fit per aliam actionem, sed neque visio
videtur per aliam visionem. 3um nam sicut una concedatur reflexio
ita etiam reflexio per reflexionem et sic in infinitum. 4um nam
ex reflexione plus perfectionis accresceret visioni, quam
ex cognitione plurium imo et infinitarum creaturarum, quae sicut ex
cedit visio ita cognitio visionis in Deo arguit perfectionem
cognitionis et penetrationis Dei.

Ad 1um et 2um dico sicut ex multis creaturis, quae
in Deo cognoscuntur non arguitur in visione multiplex actus cum
multiplici respectu transcendentali, adequate ratione distincto
ita neque ex reflexione à nobis explicata, quia visio non
aliter se ad reliqua objecta secundaria repraesentat, nisi eadem
ratione essentiae divinae quare quod de visione dicatur respectu alio
rum objectorum materialium dicendum erit de ea ut se extendit ad
sui repraesentationem in Deo. Addo visionem ad multa objecta ma-
terialia licet solum dicat unicum indivisibilem respectum in quo
vis perfectionis pro multitudine et paucitate, et ratione perfectionis
objectorum materialium, diceretur multos inadequatos respectus pro
multis objectis materialibus, quorum unus inadequatus est ad essentiam,
inadequate cognitam ut eminenter continet talem et talem
crea

creata, et eodem pacto aliq. inadequato ad esse, ut emi-
nenter contineat et representat visionem, ex eo igitur dis-
crimine ut representationem non se tantum sed se in essentia
representet, potest intelligi varius respectus transcendentalis
peculiaris et realis in visione, per quem distingueretur a visione
divinae essentiae, quae non esset hoc modo reflexa (quam possibi-
lem esse recte docet Salas. et alii) et tunc talis respec-
tus transcendentalis ratione reflexionis haberet absolute objectum
realiter distinctum, quia terminaretur ad ipsam met visionem
in essentia realiter distincta a visione. Quod additur de
ratione formali, quae non potest reddi talis per aliam ejusdem
rationis aut diversis non urget, nam ratio formalis capax est
recipiendi in se effectum formalem et denominationem quam non
hoc ex rei et ex eo quod reddat suum effectum formalem, sicubi
quia non potest intelligi figens subjectum nisi ipsum subjiciendo ma-
neat fixum non indiget alio ubi neque potest per illud ubica-
ri similiter unio ut uniatur cum extremis, quae nectit, non
potest per aliam unionem uniri recta ad haec ut uniatur cum
extremo quod non nectit et sic linea quantitatis unitur cum linea
substantiae per lineam inhaerentiae, linea quantitatis id est unio
partium superficiei, quia ex adaequati ex eo unitur partes
superficiei non manet unita cum substantia, eodem jure cogni-
tio quae ex eo attingat objectum non ex consequenti manet cogni-
ta potest per cognitionem distinctam cognosci.

Ad 3um dicunt non addi 2a formalitas in visione
ad hoc ut representet se ipsam, ita neque necessaria erit 2a
ad cognoscendam in essentia visionem illam ut reflexam
secundum illum respectum peculiarem, quo distingueretur a
nullo modo reflexa; sed per eandem in distinctis defectibus

sicut se ut directam, ita et se ut reflexam repraesentabit
sed ergo necessaria esset 2a formalitas saltem inadaequata
modo explicato ad repraesentandam visionem ut directam
et eodem pacto necessaria esset 3a formalitas ad hanc
reflexionem repraesentandam; sed quia haec 3a formalitas
expressiva reflexionis et multo minus aliae in infinitum
necessariae non sunt ad beatitudinem quia ad cumulum gaudii non in-
diget beatus cognitione reflexionis sed indigeat cognitione visionis
directae, ideo haec reflexio reflexionis non datur in ipsa
in visione beata —.

Ad 4um ex eo quod in Deo videatur ipsa visio in
debiti in ratione visionis perfectior ex hoc capite quam alia
visio ex eo quod in Deo videatur quaelibet alia creatura igno-
bilior, imo et perfectior, quam si videret triginta aut
quadraginta species inferiores in Deo. Addo etiam et in-
finitas inferiores nam meliores creaturae melius creatorem
manifestant atque adeo majorem perfectionem haberet visio
Dei ex eo quod seipsam repraesentaret in Deo, quam aliae
quamvis plura, imo maxi alia inferiora in Deo repraes-
entarent, et plures veluti repleterent visionem ejusdem
essentiae, quae ad illas species ut medium deservit. nam sicut
Deus ut principium productivum visionis est quid melius quam principium
productivum centum sphaerarum inferiorum et infinitarum, ita vi-
sio repraesentans Deum ut productivum visionis melior est
visione illarum creaturarum et Dei ut productivi earum

art. 6.

An visio beata libere producatur et conservetur,

Dico

Dico 1° non est situm in libera potestate Beati non ellicere visionem beatam postquam lumine gloriae illustratur, neque potest ejus visionis productionem in exercitio cohibere. Suar. 1. p. lib. 2. de attrib. c. 27 n° 6. Vasquez disp. 48. c. 2 § dico Granado ttu 5. de vis. disp. 3 n° 4 et Aegyd. 1. 2ae Tho. 2. lib. 12. q. 2a in art. 1. § 2. n° 6. probat Suarez 1° ex S. Tho. 1. p. q. 10 art. 5. ad 1um et 1. 2ae q. 5. art. 4 ubi id exprimit et deq. [illegible]

2° ex duplici ratione prior quae est inter Theologos ex S. Tho. 1. 2ae q. 9 art. 4 et Arist. 7. eth. c. 18 1um actum intellectus necessario ellici in exercitio, neque situm esse in potestate voluntatis illum cohibere; ut enim situm esset deberet praecedere alius prior actus intellectus atque adeo non esset ille 1us, sed procedendum esset in infinitum sed in statu beatitudinis ante visionem beatam non praecedit alius actus intellectus determinans voluntatem ad visionem beatam elliciendam, sed haec est 1us actus qui ellicitur necessario necessitate quoad exercitium.

Posterior ratio nam potentia necessario non potest non operari circa objectum suum, quando illud sibi recte applicatur per speciem propriam ut patet in sensibus sufficienter ad objecta applicatis; quod praesertim verum est quando non est objectum, voluntati ut bonum suspendere talem actum seu impedire, ut patet in assensu primorum principiorum, sed essentia Divina se ipsa immediate et sufficientissime applicat intellectui beati, quin possit non cohibitio talis actus reperire ullam rationem mouentis quae necessario prorumpit in visionem beatam

sic nam hoc est ipsum lumen, quo non utamur eo ut volumus sicut aliis habitibus, sed illo donati rapiamur ad actum visionis ad quem inclinat —.

Dico 2° secundum potentiam ordinariam neque beatos suspendere suam visionem beatam ita S. Tho. q. 1. et Disp. cum eo relati et praeter illos Vasquez 1. 2. disp. 21. c. 2. et Salas tho. 1. 2. q. 2. disp. 11. sect. 2. n° 11. Probatur 1° quia semper perseverat illa summa applicatio obiecti increati. 2° quia ex vi visionis neque obiicietur neque potest obiici beato illa dicta convenientia in visionis intermissione. 3° quia ut q. ostenditur art. 7. ex sua natura est incorruptibilis, quod naturaliter non potest in beato interrumpi —.

Ex his conclusionibus infertur 1° visionem beatam non esse actum humanum neque propter finem respectu beati, ita Vasquez et tho. 2. lib. 11. q. 5 art. 5. § 6. et § 9 ubi se refert ad alia loca. facile probatur quia ut aliqua dicatur actio humana et elicita propter finem opus est ut fiat ex determinatione voluntatis liberae, at non ita elicitur beata visio, dixi non esse actum humanum neque propter finem moraliter respectu beati, nam physice est actio propria beati et re ipsa physice et materialiter est adeptio finis ultimi —.

Infertur 2° visionem posse impediri per potentiam absolutam si posthac Deus resistat ad illam in actu 2° suspendendo Deus suum concursum; hoc tamen exhibito et non immutato, neque suspendetur visio neque libere elicietur —.

f.

art. 7.

An Visio beata sit ab intrinseco incorruptibilis —

Affirmat S. Tho. 1. p. q. 12. art. 5. ad 2um et 1a. 2ae q. 5. art. 4 quem sequuntur Caietanus ib. Valentia 1. 2ae disp. prima q. 5. puncto 6. Vasquez disp. 21. c. 2. Salas 1. 2ae tho. 2. ttu. 2. disp. 4. sect. 2. nº 11. Vbi egydius tho. 2. lib. 2 q. 2 art. 1. § 2 Gran. ttu. 5. de Vis. disp. 3. nº 5. est que com. sentia, quis idem consequenter docet de Lumine gloriæ.

Probatur 1º ex sacra scriptura in qua Visio beata passim dicitur vita æterna, et propterea appellatur a S. Pe. tro hereditas incorruptibilis incontaminata et immarcescibilis vide egydium c. probatur 2º nam aliquid est corruptibile quia habet contrarium, quia habet causas 2as a quibus potest destrui id utrumque abest a Visione beata quæ neque habet contrarium a quo possit destrui, neque causam 2am a qua destruatur vel inficiatur et conservetur necessario a causis 2is —.

Dices 1º posset 1º destrui per errorem disponeretur hic in intellectu. 2º posset facile destrui a Deo sicut destructa fuit in Beato Paulo in hac vita, si forte vidit Deum. 3º sicut gratia corruptibilis est per peccatum ita visio quæ minus est perfecta —. Resp. ad 1um implicat errorem poni in intellectu beati quia obsistit visionis claritas ne ponatur per causam 2am; a Deo autem vt ... pari=

sicut dixi proi n. pot; unde ex hoc c. visio corruptioni est inferior. Ad 2um Deus sicut Angelos pot anni chilare ita etiam et visionem destruere; hoc tamen n. praestaret ex exigentia naturali aut Angelorum aut visionis ex quo capite dicuntur esse incorruptibiles. ad 3um ex lo gratia secundum quod excedit a visione tamen haec simpliciter a gratia superetur in hoc quod s. participatio est Dei. eodem pacto hoc excedit a caelis secundum quod in incorruptibil. cum tamen illis simpliciter praecellat —

Obj. 2o. visio beata decursu temporis crescit et augetur, quod saltem post diem judicii contingit; hoc n. pot fieri per additionem graduum, quod careret visio quod quia destructa imperfectione produceret alia perfectior, ma[jor] probatur 1o ex authoritate S. August. tho. 3. lib. 12 de genesi ad lit. c. 35 ubi docet animam corpore resumpto melius visuram Deum quia n. retardabitur a visione, corpus desiderando sicut antea. idem attingit tho. 1. lib. 1. retract. c. 14 et amplectitur S. Bernardus serm. 3. omnium SS. item Magister 4 dist. 49 c. ult. ubi S. Thom. q. 1. art. 4 ad 1um quaestiunculae S. Bonavent. Enric. Ricardus et alii quos refert Egydius 1.2a tho. 3. in appendice q. 2. probatur 2o ex ratione, nam anima resumpto corpore habet statum perfectiorem, neque jam divertetur ad visionem cum corpore desiderando —

Ry

R. neg. maj. nam visio semel elicita in æternum invariata servabitur. ita Benedictus in extravag. Benedictus ait visionem Dei postquam inchoata fuerit, sine aliqua interruptione seu evacuatione continuari usque ad finale judicium, et ex hoc usque in sempiternum: item S. Tho. 1. 2æ q. 4. art. 5. ad 5. resumpto corpore beatitudo crescit non intensive sed extensive &c. idest non quoad beatitudinem essentialem sed quoad dotes corporis. idem tuentur Durandus, Paludanus, major et alii sequentes vasque. 1. 2æ disp. 29 c. 4. Lorca disp. 36 manl. r. Salas tract. 2. disp. 20 sect. 6. Egydius. 1. probatur nam visio beata semper mensuratur perfectione Luminis nihilque perfectionis accipit a corpore, quod cum perseveraret idem lumen invariatum, quidquid sit de corpore invariata visio persistet ~.

Ad 1. probatum R. ex S. Tho. eo art. 5. corpore et ad 4. beatos secundum S. Augustinum extra corpus retardari a ~~[illegible]~~ beatitudine quatenus quandoque tribuunt desiderando corpori non impenderunt in Dei fruitionem cum habere possint et illud desiderium formam limitatum non sinit adeo perfecte attendere divino gaudio, resumpto corpore crescet hoc gaudium. neque divertetur ex illa attentione et non crescet visio neque mutabitur, quare solum videbunt melius idest cum majori gaudio. idem respondetur ad S. Bern. S. Thomas mutavit sententiam ut observat vergo meaqs in concordantiis lib. 2. 5. et S. Augustinus eo lib. retract. non est ausus quidquam definire. Ad 2. R. ana

ex unione ad corpus naturaliter potius impediri quam expediri ad Deum videndum, desiderium n. unionis ad corpus cum sit secundum Deum et propter Deum non divertit a visione Dei, sicut neque aliae operationes liberae quae in Patria habebuntur per totam aeternitatem; neque lumen ipsum ex natura sua vires sufficientem attentus extorquet ——

Obj. 3° Beatus cognoscit plura obiecta denuo, quae antea non cognoscebat, ut orationes fidelium ad eos directas et alias operationes liberas ipsis manifestatas; ergo ad eas cognoscendas variatur visio, eadem n. invariata non potest modo haec modo illa obiecta repraesentare. Ergo non posset de novo cognosci obiecta secundaria in Deo nisi variaretur visio ut dsp. 6. ostendam. Ut ergo beatus denuo cognoscat ea obiecta secundaria quae antea non cognoscebat, non opus est ut cognoscat in verbo, nihil n. urget ad id concedendum; sufficit ut ea cognoscat extra verbum per peculiares revelationes, nam si in essentia divina ea omnia essent cognoscenda ab initio beatitudinis cognoscerentur, de quo ea dsp. 6.

DISP. 4 DE SPR.

visionis in genere speciei.

Instituimus iam sermonem de causis visionis beatae et ducimus exordium ab specie quae necessaria reperitur ad quemcunque actum intellectus atque adeo ad visionem beatam —

art. 1.

PRaemittitur necessitas concursus per modum speciei ad visionem.

Sed quamvis per potentiam absolutam possit produci visio ab intellectu absque concursu speciei supplente Deo illius concursum; non tamen secundum legem ordinariam atque adeo hic concursus non potest abesse in productione visionis secundum legem ordinariam. quod per potentiam absolutam possit ab intellectu produci visio sine concursu speciei docent Suarez 1. p. lib. 2 de attributis c. 12 n° 19. Molina q. 12. art. 2. disp. 1. § petet et disp. 2. § hac autem. Vide Pegnacius disp. 1. notabili 5. Aguena disp. 15. sect. 1. Vasquez dub. 9 n° 81. in art. 2. et Salas 1. 2 q. thom. 2. Atta. disp. 5 sect. 2. n° 40 quamvis hoc esse impossibile credant Mendoza

q. 3. schol. art. 7. Cabr.^a 3. p. q. 2 art. 1 disp. 4 n.° 12 Nazarius 1. p. q. 12 art. 2. controversia 4 Ubi Albelda disp. 25 sect. 5 n.° 61. et 74 et Aegydius l. 25 tho. 2. lib. 8. parte 2. q. 1. art. 1. § 3. quam nos hic author, id non censeat impossibile si Deus se solo absque concursu intellectus creati visionem producat.

Sed haec ratio parum probat, nam licet magis consonet sit ut non producatur cognitio sine concursu speciei, et quamvis licet Deus possit supplere quemcumque concursum effectivum causae 2.ae, non ostenderetur ullo modo implicare quod suppleat speciei concursum, quem effectivum esse ex S. Tho. 1. p. q. 56 art. 1. et q. 105 art. 3. docent uno aut altero excepto DD. omnes quos late refferunt et sequuntur Fonseca 1 metha. c. 2 q. 3 sect. 1. Conimb. 2. de anima c. 6. q. 2. art. 3. et Aegydius Lusitanus l. 25 tho. 2. lib. 8. p. 1. q. 3. art. 9 § 2. observa tamen hunc concursum effectivum Dei si daretur non habiturum rationem formalem concursus speciei et quia est ejusdem rationis cum eo, quem Deus praestat ad reliquos effectus, et quia non procederit immediate ab objecto sicut est essentia Divina, neque ab specie illius, nam voluntas et operatio Dei nullo modo est species essentiae Divinae.

Dices plura praestat species quae non possunt suppleri per Divinum influxum effectivum. 1.° species est forma intellectus, Deus autem non potest supplere causam formalem, 2.° species est semen objecti repraesentans illud Deus autem influens nihil repraesentat; 3.° species

de

determinat intellectus indifferentem; concursus effectivus Dei non determinat, restius determinatur ab intellectu. Ut ad 2am ad visionem quia species non habet naturam specificamentum; at specificare, cum sit veluti genus causandi formaliter non potest Deo competere.

R. negando ante, ad 1um non est de ratione principii concurrentis per modum speciei, quod sit forma intrinsece informans intellectum (id competit soli speciei creatae) ad illam sufficit quod extrinsece assistens intellectui cum illo efficiat visionem, quod poterit praestare divina potentia extrinsece assistens. Ad 2um repraesentatio speciei non est formalis, sed virtualis, virtus scilicet talis per modum seminis ad similitudinem objecti producendam; sicut quod Deus potest supernaturaliter supplere defectum seminis, et simile alteri animali producere, ita et similitudinem intentionalem objecti. Ad 3um concursus Dei universalis non determinat potentiam, recte concursus Dei particularis, qualis esset ille, quod praestaret loco speciei. Ad 4um species impressa tribuit actui perfectionem specificam, maliter in genere efficientis et in eodem procedit a Deo tribui.

Posterior pars conclusionis quod secundum potentiam ordinariam sit necessarius concursus speciei impressae ad actus cognitionis adversus aliquos Nominales defendit nostra Schola cum Arist. 3. de Anima text. 38. D. Th. 1. p. q. 84. art. 3. et sequentibus et aliis antiquioribus et recentioribus quos refferunt et sequuntur Fonseca

1. meth. c. 2. q. 3. sect. 5. Conimb. 3. de ana c. 5. q. 3. art. 2. Toledo 3. de ana c. 5. q. 20 et Egyd. 2. 25 th. 2. lib. 8. p. 1. q. 1. art. 1.

Probatur ratione quia intellectio est similitudo obiecti expressa; haec autem non potest tribui nisi ab obiecto, aut alio qui gerat illius vices et necessario est concursus speciei quae vel est ab obiecto et ab specie illius vicaria. minor probatur nam intellectus ex se indifferens est ad huius et illius similitudinis productionem et indiget principio determinante ad hanc potius quam illam similitudinem formandam et concursu obiecti et speciei loco illius, itaque probatur 1° quia nullum aliud dari principium determinativum 2° quia a nullo alio potest similitudo intentionalis obiecti tribui quam ab ipso obiecto vel ab alio qui illius vicem subeat. Unde emanavit illud proloquium celebre inter Philosophos productionem cognitionis partum quendam esse intentionalem ex obiecto et potentia editum media specie tanquam semine intentionali atque adeo ex obiecto et potentia pariri notitiam.

Ex hac doctrina facile constat responsio [illegible] visionis beatae secundum potentiam ordinariam necessario quoque esse concursum speciei, ut intellectus beati determinetur ad producendam similitudinem essentiae divinae potius quam alterius obiecti. de quo vide Egydium 1. 2. tho. 2. lib. 8. p. 2. q. 1. art. 1. an vero hic concursus possit fieri ab essentia divina et ipsa an a creata specie et lumine qui gerat munus speciei art. 2. et 3.

Ex p[arte]

expediret.

Art. 2.

An ad videndum Deum requirat lumen gloriae per modum spei.

Sect. 1. lumen gloriae non gerit munus spei.

P. Vasquez 1. p. disp. 43. c. 3. et seqq. etiam dicit essentiam divinam in genere munus speciei in ipsa visione beata etc. docet praeterea possibilitate speciei impressae creatae ad videndum Deum, hanc re ipsa concedendam esse, cujus vices dat re ipsa debere lumen gloriae et ultra illud concursum alium instrumentum putat superfluum. Richardus 4. dist. 49. art. 3. q. 1. et q. 2. ult. tenere eandem docet hanc sententiam esse multum rationabile. Nabarreta et Egidius ... refferendi et contra dicunt sententiam Vasquez esse impossibilem; addit Egidius eam a Vasquez destructe et confuse exponi ... P. Vasquez in eo apperit lumen esse idem cum specie rationabilis dicta a Richardo, in eo negat concursum essentiae in genere speciei et soli lumini ... attribuit singularis est. sed non impossibilis quam possibilitati habet fundamentum, quae si addunt doctrina etiam nova et singularis non ... rejicienda est ut impossibilis. Illud mirabile ... destructionis et confusionis notet Egidius, confusione et destructione notissima succincta dimidius

et refutatam doctrinam Vasquez; est antiqua est inter tenebras et lucem certatio —

Dico 2° lumen gloriæ n̄ gerit vices et munus speciei impressæ hæc est 1a Vasquez defen. dtr a relig. DD. Enricho Basilio Palacios quos refferunt et sequuntur Suarez 1. p. lib. 2. de attrib. c. 15 a n° 4° Ubi nabarrete controversia 3, § 5. Arrub. disp. 19. c. 3. Fasolo q. 12 art. 5. dub. 2. Ferrice disp. 42. c. 1. n° 3. Granado tt. 4 de visione disp. 4. n° 2. Salas 1. 2a Tho. 1. ttu 2. disp. 3. sect. 2 a n° 45 et sect. 3. n° 52. Ubi Egydius tho. 2. lib. 9 art. ult. § 2. n° 10. et Lorca disp. 30. Hugo 1. p. S. Bonabenturæ q. 7 art. 1. dub. 4 et 2. —

Probatur 1° ex S. Tho. q. utrique distinguit lumen gloriæ et illius concursum ad visionem a concursu per modum speciei. ita 1. p. q. 12 art. 2. corpore requiri aliqua similitudo ex parte visivæ potentiæ scilicet lumen; et n̄ negat hanc similitudinem ex parte objecti et ad 3um docet aliquam rem uniri cum potentia per speciem id est a Divina uniri intellectui creato, ut intellectus in actu, q. etiam repetit S. Tho. aliis in locis art. 3. sect. 2. refferendis. similiter q. 12 art. 5. corp. et ad 2um ait n̄ q. per hoc lumen Dei essentia intelligibilis fiat sed ad hoc q. intellectus fiat potens. et clarissime excludit a Lumine munus speciei quodlibeto. q. 2. art. 2 lumen n̄ est necessarium ad

hoc

hoc q. faciat intelligibile in actu ad q. est nobis necessaria lumen intellectus agentis id est ad perficiendum intellectum. q. tr. idem verbis repetit q. 20 de verit. art. 2. corpore stra.—

Probatur 1.º ex rationibus 1.ª et potissima quam S. Tho. indicat in d. dictis art.is nam spes impressa præsupponit potentiam intellectivam completam in ratione potentiæ, eamque indifferentem determinat ad hoc potius quam illud objectum cognoscendum; q. attingit modo objecti seipso gerat munus speciei, modo spes impressæ accidentalis loco obji substituatur, ut patet in dictis in oibus cognitionibus; sed lumen gloriæ non præsupponit virtutem intellectivam completam ad videndum Deum, sed potius complet illam et per modum habitus tribuit illi potentiam ad eliciendam visionem et illam confortat potentiam, ut ex concilio Bienensi disp. 8. ostendemus, q. posito lumine adhuc necessarius est concursus spei ad videndum Deum q. ille non præstatur per lumen gloriæ; minor q. lumen non præsupponat completam virtutem potentiæ intellectivæ probatur nam si præsupponeret et lumen ad deretur ut spes sicut potentia completa actum circa reliqua obja postulat illorum spes tanquam sibi connaliter debitas, ita respectu Dei postularet connaliter lumen tanquam speciem essentiæ Divinæ, q. est plus quam falsum.—

2.ª ratio nam ea ipsa essentia Divina per se est summe intelligibilis, atque adeo se ipsa determinat

ingenere obj.i et spei q. superaddita est spes impressa creata q. superaddit pontit lumen gloriae munus spei impressae. atq. hic discursus robur accipiet ex dicendis art. 2.

3a ratio nam ad quamcumque actum cognitivum etiam supernaturalis requiritur duplex genus aux. et virtutis alterum ex parte potentiae et alterum ex parte obj.i, q. ad visionem beatam requiritur et principium supernaturale ex parte potentiae et insuper principium supernaturale ex parte obj.i quod cum lumen requiratur ex parte potentiae, debet ex p. obj.i concedi principium distinctum per modum speciei, scilicet essentia per se ipsam, vel species impressa essentiae vicaria. ante induct. constat. nam ad actus naturales, praeter potentiam intellectivam sufficientem et completam ingenere efficientis principalis, requiruntur species loco obj.orum determinantes tam in nobis quam in Angelis. Praeterea ad actus supernaturales fidei prudentiae et aliarum infusarum xpi domini et Beatorum praeter habitus supernaturales elevantes intellectum et complentes illum in genere potentiae requiruntur species vel naturales vel supernaturales loco obj.orum determinantes q. ad visionem beatam praeter lumen per modum habitus concedendum est concursus vel ab essentia divina praesentialiter vel ab specie impressa illius.

4a ratio nam voluntas v. g. ad amorem beatificum praeter habitum charitatis requisitum ad elevandam potentiam indiget determinatione et concursu ex parte obj.i praesentialiter per motum ipsius obj.i beatifici

scilicet

scilicet essentiæ Divinæ et speciem determinatam visionis beatæ talia obiectum proponentis quod intellectus ad visionem beatam efficiendam, præter habitum luminis postulat determinatum et concursum ex parte obiecti sive essentiæ Divinæ immediate vel mediante specie determinantis —

Dices cognitio bonitatis non determinat voluntatem coefficiendo cum illa actum amoris, quia neque ad cognitionem requiritur species efficiens actum intellectus. Henricus [illegible] respondet negando consequentiam quia voluntas non amat repræsentando obiectum, intellectus vero cognoscit illud repræsentando ad quod requiritur concursus effectivus sed hæc responsio insufficiens est debuisset enim assignare rationem ob quam [illegible] repræsentationis existens in actu intellectus postulet concursum effectivum, neque sufficiat [illegible] modus determinandi. Sufficienter respondent non pauci neque ignobiles Doctores negando antecedens quia existimant actum intellectus concurrere efficienter ad actum voluntatis circa obiectum quod proponit, eos refferunt et sequuntur Molina 1. p. q. 19 art. 2. disp. 3. Fonseca 5. meth. c. 2. q. 4. sect. 3. et lib. 9. c. 2. q. 6. sect. 2. et Valentia 1.2. tho. 7. tr. 1. disp. 5. sect. 3. — Sed quia aliter ego censui disp. 4. de anima q. 2. art. 1. quæstione 4. scilicet cognitionem non determinare efficienter ad actum voluntatis, sicut determinat species ad actum intellectus, aliter etiam respondeo concedendo antecedens negando consequentiam discrimen sic in eo loco assignavi

nari. cum ad efficiendum actum voluntatis adsit sufficiens virtus ex parte voluntatis et virtus motiva ex parte obji, solum deest quod primum determinet ipsam ad tale determinatum objectum. hoc autem sufficienter praestat actus intellectus absque efficientia ex eo radice in eadem subjecta ans viventis et attendentis per talem actum intellectus, ex quo provenit per quandam sympathiam et conexionem quod per voluntatem sit applicata ad illud idem objectum et sufficienter determinata, ut ad illud per voluntatem tendat, secus contingit in intellectu quod eodem pacto indiget principio determinante, cum autem phantasma corporeum propter improportionem et materialitatem in repraesentando non possit intellectum immediate determinare, colligitur necessitas specierum spiritualium ut determinent intellectum. cum ergo hae species non sint actus vitales neque similitudines expressae objecti, id emortuo modo informant in intellectu anima ad illas non attendit, atque adeo neque per illas potest extrinsece determinari, nisi simul cum intellectu intellectionem efficiant ——

Sect. 2. argumentum Vasquez dissolvuntur ——

objiciens eo non repugnat quod in eadem entitate conjungantur virtus supernaturalis elevans ex parte potentiae, et virtus determinans ex parte obji, quod lumen gloriae utrumque praestabit, quimobrem non sit addere aut concursum essentiae aut speciem creatam impressam, specialiter cum deus.

The.

1. p. q. 12 art. 2 lumen appellet similitudinem Dei. Dico diversam esse quaestionem de possibilitate ut optime observavit Herice. quamvis enim lumen connexum utramque virtutem possibile sit, de quo non curo quia nullam manifestam implicationem invenio, sed probabilius est re ipsa non connexi a lumine gloriae, quaestio de facto datur, quamvis oppositum dicendum sit probabile ut recte Suarez et Arriaga 1. nam communius est quod per distinctas virtutes praestent illa duo munera et habitum et speciei. 2o quia D. Thomas id expressit. 3o quia alterum illorum se tenet ex parte potentiae alterum ex parte objecti quia sicut potentia differt ab objecto, ita habitus supernaturalis ab specie. 4o nam in reliquis cognitionibus differunt habitus supernaturales ab speciebus. 5o nam data ea distinctione minus ordinatur res confundendo objectum.

Objicies 1o secundum seu teriam Theologorum debet recedi lumen gloriae quia intellectum complectat in ratione potentiae et cum intellectu ut causa principalis ad visionem concurrat quia concurrat per modum speciei ergo comparatur nam si alia dareretur species aut essentia vice speciei concurrens lumine esset superfluus; quandoque enim principium proximum alicujus effectus debet in illo habere peculiarem perfectionem tali principio respondentem: sed tota perfectio visionis sufficienter respondet intellectui perfusso lumine gloriae et intellectui sine lumine, si conjugatur cum specie quia si lumen recedendum sit concursus speciei aut essentiae superfluet, et si hic concedatur lu

men erit supervacaneu minor probatur nam quia visio beata est actus intellectus intellectui attribuitur; quod sit talis visio scilicet intuitiva essentiae Divinae et supernaturalis essentiae Divinae speciei adscribitur, ergo nulla superest perfectio, quae lumini attribuatur, ergo aut lumen aut species superfluet —.

Respondeo nullum ex illis principiis esse superfluum sed omnia necessaria, lumen ex parte potentiae species ex parte obiecti. quare respondeo ad nagandam esse sequelam. ad eius probationem respondeo majorem non esse adeo certam ac supponitur a P. Vasquez, non enim facile in quolibet effectu peculiares reperientur perfectiones, quae singulis causis proximis respondeant; exemplum vulgare est in actu naturali respectu intellectus operantis ex habitu, nulla enim perfectio peculiaris assignabitur in actu, quae peculiariter habitui respondeat. Similiter in effectibus sublunaribus, animatis et inanimatis non assignabuntur peculiares perfectiones, quae Luci solari et influentiis caelestibus aliisque causis proximis respondeant. Sed esto ea propositio vera, non deerunt in visione perfectiones peculiares respectu illorum trium principiorum. nam intellectui respondet quod illa visio sit intellectio; essentiae per modum speciei quod sit repraesentatio illius; et lumini gloriae, quod sit repraesentatio supernaturalis et intuitiva, nam quamvis ad hoc etiam determinet essentia, id non assequeretur sortitio luminis, quod si non daretur neque essentia Divina ad visionem

in

intuitivam determinaret sicut n determinat in Wa —

Obj. 3. munus spei est coagere simul cum spe intellectiva determinando illam ad hoc potius quam illud objectum, sed hoc tamen prestat lumen efficiens visionem, cum intellectus eo illo posito maneat intellectus determinatus ad visionem beatam ergo ga gerit munus spei —

Respondeo spem requiri ut effective concurrat ad visionem determinans potentiam vice objecti tanquam instrumentum illius; lumen vero tanquam complementum potentiae, et utrumque requiritur, et utriusque concursus est in genere efficientis; nam sicut posito habitu fidei ex parte intellectus tanquam potentia effectivo adhuc requiritur spes ut principium etiam effectivum, et ex parte objecti; ita posito lumine ex parte intellectus adhuc requiretur concursus objecti effectivus. similiter in voluntate, ad actum charitatis, preter habitum ex parte potentiae requiritur determinatio ex parte objecti. hec doctrina est ut diffusius arguit. et intellectus cum lumine maneat omnino determinatus ad talem individualem visionem nam probabilius est, hanc determinationem tribui quandoque ab essentia ut applicata per modum spei, de qua art. 4. et Ssp. 5 —

art. 3.

An re ipsa detur species creata praeter lumen.

Sect. 1. Verior sententia approbatur.

Magni et praestantes aliquot DD. laudan-
tur ab Henricho Richardo, Maurone et Salas
quamvis suppresso nomine, qui re ipsa dari speciem ad
videndum Deum existimarunt. hanc eandem sententiam te-
nuit Andreas de Vega Obandus in dist. 49 propositione 20 eam
que probabilem censent, praeter Obandum Richardus
3. dist. 49 art. 1. quaestione 3. et quolibet 6. dist. 49 art. 3.
quaestione 1. et alii Argentinas 3. dist. 24. quaestione unica art. 1. ad
3um Udalricus et Tarantasia apud Chartusianum
6. quaestione 3. et Palacios 2. dist. 1. disp. 4. et cum eorum mul-
tis hanc sententiam expresse defendat eam sequitur Egydius
Lusitanus 2. 2ae tho. 2. lib. 8. p. 2. quaestione 3. art. 3. § 2.
et audet dicere eam a se praeferri quia plurium DDrum
authoritate nititur. Sapientius Herice 1. p. disp. 42 c.
2. et 3. licet hanc sententiam putet probabilem oppositam tamen prop-
ter majus pondus authoritatis putat probabiliorem. favet
Vasquez disp. 43. c. 7. dum ait connaturale esse ut sic
datur species creata, si aliquid praeter lumen requireret recedendum

Sit secunda de facto essentia divina per ipsam effi-
cienter concurrit ad visionem per modum speciei, neque datur
alia species impressa creata. haec secunda est longe verior, eamque
docet S. Tho. ubique affirmans essentiam divinam seipsa
determinare ad visionem per modum speciei et ut ipse
loquitur constituere intellectum in actu. ita docet 1. p.
q. 12

n art. 2. ad 3. et lib. art. 5. et 3. p. p. q. 9. art.
2 et art. 8. ad 3.um et lib. 3. sententiarum distinct. 14
art. 1. quæstiuncula 4. ad 2.um et art. 2 quæstiun. 1.
corp. et lib. 4 dist. 49 q. 2. art. 1. et 6. et lib. 3.
contra gentes c. 51. 52. 53. et 55 de veritate q. 8. art.
1. corpore et ad 3.um et art. 2. corpore et ad 3.um et art.
3. 4. et 5. et q. 10 art. 4. et 11. et quodlibeto 7. art. 1.
et quodlibeto 10 * fine. Duo præcipua testimonia seligam absque
ex 1. p. q. 12 art. 2. ad 3.um sicut aliæ formæ intelligi
biles (sc. species impressæ quæ sic appellantur ab Arist.
et S. Tho. passim) uniuntur intellectui secundum aliquod
esse quo informant ipsum intellectum et faciunt illum
in actu; ita divina essentia unitur intellectui creato ut
intellectum in actu per se ipsam faciens intellectum
in actu, et quodlib. 7. art. 1. in sed contra et in corpore
art. sic ait: similiter etiam hic non est aliud medium secundum
sit aliqua species essentiæ divinæ intellectum informans.
et ad 3.um essentia divina est pure lux et ideo non requirit
aliquam aliam speciem &c.a similia sunt reliqua testimonia. Ejusdem
sententiæ sunt Principes Theologiæ Scholasticæ Albertus Mag
nus, Alensis. S. Bonaventura Altissiodorensis. Scotus Her
bon Paludanus et DD. recentiores relati art. præcedenti contra
P. Vasquez et refferendi art. 5 quatenus negant possibi
lem esse speciem creatam et Recentiores recentes præter Egydium
Quamvis hanc plures asserant dicunt
à Suarez. 1. p. lib. 2. c. 10. Castello q. 12. art. 2

dub. 8. & 9. Herice disp. 92. c. 2. et 3. et Salas. 1. 2ᵉ tt. 2. disp. 5. sect. 2. nᵒ 34. seq. q. ad bene reducuntur qᵃ spes impressa redditur ut suppleat impportionem obj, quando impportionatum est ad determinandum intellectum se ipso immediate; sed essᵃ Divina se ipsa immediate est objm summe pportionatum ad determinandum immediate intellectum Beati, q. n. indiget adhoc spe impressa creata q. h. n. datur qᵃ superflua est et superflue fieret p plura q. posset fieri per solam essentiam. Sequel est evidens. major ab oibus admittitur eam que recte tradidit S. Augustinus tho. 3. lib. 10 de Trinitᵉ c. 5. quia n. pot dicitur secum introrsum in regionem incorporea ipsa corpora aia inferre; imagines eorum cum voluerit recipit. q. desumpsit ex Arist. 3. de aia c. 8. x hr. 38. ubi necesse est autem aut ipsas aut formas esse; ipsas igitur non; non n. lapis in aia est sed forma. ex qᵒ ittᵒ, insuper colligitur non solum spes rerum posse determinare intellectum sed quandoque res ipsas, quarum loco tunc solum spes substituuntur cum res ipse per se immediate n. possunt potentiam determinare s. qᵃ valde materiales s. qᵃ distantes &ᵃ —.

Minor vero p. essᵃ Divina heat pportionem sufficientem ut per se ipsam possit intellectum determinare pbatur sic nam ut constat ex S. Dr. ttᵒ, regulares sunt, que per se ipsas heat virtutem ad determinandum potentiam intellectivam ad cognoscendum absque spe q. sed het essᵃ Divina. Sequel pbatur nam virtus ad deter=

mi=

minandum per se intellectum et immediate producendam visionem, quae potest appellari intelligibilitas, est magna perfectio, nulla imperfectione admixta, ut constabit ex solutione argumentorum atque adeo est perfectio simpliciter simplex, quae debet competere essentiae divinae, quae cum sit infinita simpliciter in omni genere perfectionis debet formaliter habere quidquid dicit perfectionem nulla imperfectione permixtam etc.

Probatur 2° eadem minor nam res ex obiecto improportionata sunt ad determinandum per se immediate potentiam intellectivam, quia distantia sunt, quia materialia, quia non sunt unita neque unibilia cum anima et intellectu quantum sufficit ad hoc ut intellectum determinent; sed nulla huiusmodi improportio habet essentia divina quae per se ipsam immediate potest intellectum determinare. minor probatur nam in primis essentia divina non distat sed intime praesens est realiter vero intellectui. Deinde non est quodpiam materiale sed summe immaterialis plus quam quaelibet species intentionalis. tandem licet realiter non sit unita neque unibilis realiter cum intellectu, hoc tamen non requiritur essentialiter ad praestandum influxum speciei in essentia Dei infinita (licet requiratur in speciebus finitis et accidentalibus) quae propter suam eminentiam potest efficere sine unione reali et physica, quod species intentionales sine unione non possunt, ex eo quod essentia propagat suum concursum effectivum cum intellectus influxu. Sicut enim Deus potest alias actiones et influxus, ita etiam potest influxum speciei

et consequenter minus realis distinctae, quod essentia divina est proportionata per se et sufficienter applicata et praesens obiective ad hoc ut ab intellectu videatur; ~

Probatur 3° eadem minor nam id quod est essentialiter summe intelligibile non indiget specie ad hoc ut intelligatur; sed essentia divina est summe et perfectissimo modo intelligibilis, sicut est ens summe perfectum nam perfectioni entis mensuratur eius intelligibilitas sicut proprietas sua radice, ergo essentia divina non indiget specie intentionali, sed per se ipsam potest hoc munus praestare, minor est manifesta maior probatur 2° nam id quod essentialiter est summe intelligibile in ratione obiecti, debet habere intrinsece et essentialiter quidquid in ratione obiecti illi necessarium est ad hoc ut intelligatur, alias non esset summe si non esset per se intelligibile. probatur 3° eadem maior, nam ideo indigent specie aliae res materiales et distantes quia per se ipsas non sunt satis intelligibiles, ergo ut aliquod obiectum sit essentialiter per se satis intelligibile requiritur ut non indigeat specie a se distincta ad hoc ut intelligatur nam si indigeret, per illam redderetur intelligibile, ideoque ex se et essentialiter non esset intelligibile.

Et nam intelligibile est quod potest intelligi, ergo quod est summe intelligibile summo modo habet posse quantum est ex parte sua ad hoc ut intelligatur, ergo quod sine specie potest intelligi, si non specie indigeret non posset per se praestare ut intelligeretur, ergo illud deesset posse ad hoc ut intelligeretur, ergo essentia divina cui nihil deest ut potest summe

in

intelligibili n. indiget spe intentionali & per se ipsam mobet instar spei intentionalis —.

Sect. 2. an sp. in intentionali de facto sit concedenda.

Obj. 1. quamvis essentia divina ex se intelligibilis, adhuc debet media spe concurrere ut connaturali modo operetur & de facto datur spes impressa ans. probatur nam essentia divina posset immediate elevare intellectum, vice luminis, nihilominus congruit magis media qualitate prius proximiori elevante ad hunc gloriae redditur & ut determinet per modum spei connaturalius est ut qualitate spe creata. Confirmatur 1° nam 2a ad Chorinthios 5. n° 6. et. dicitur dum sumus in corpore peregrinamur a Domino per fidem n. ambulamus et n. per speciem quasi in patria ambulamus per spem. Confirmatur 2°, nam causa 2a connaturalius concurrit quam 1a; et causa magis univoca connaturalius quam equivoca & spes creata connaturalius quam Deus —.

Respondeo negando ans. Ad ejus probationem Respondeo inter potentiam et objectum hoc dari discrimen respectu productionis actus vitalis; nam potentia concurrit vitali modo & ut spes et cum potentia sit improportionata respectu visionis, debuit elevari lumine potentia, atque adeo n. per objectum sed per virtutem intrinsecum et sibi realiter unitum quia vitala n. sit nec vitaliter operetur respectu potentiae

vitale et finalius est ut complem.tum poae vitalis in ratione poae sit illi intrinsecum et realiter unitum. alioquin fingit in spe, quae non concurrit ut principium vitale neque ut complem.tum principii vitalis, illud elevans in ratione poae, neque determinat ex parte ipsius poae, sed ex parte obiecti et ideo non est necess.um ad maiorem vitalitatem ut semper sit unita et intrinseca poae.

Accedit aliud discrimen, nam spes impressa quemadmodum vicaria semper est instrumentum obiecti, non tamen ita semper simul cum illa tanquam instr.o connaturali ipsum obiectum principaliter concurrat, sed ponitur spes loco obiecti, quando obiectum est improportionatum et non potest per se ipsum determinare. quare talis necessitas cessat quando obiectum per se est intelligibile et ideo tunc finalius erit operari sine spe creata; aliás si spes daretur et simul obiectum ut potentiae proportionatum immediate concurreret, admitteretur miraculum et in hoc quod spes et obiectum simul concurrerent ad actum vitalem, ut causae in illo genere adaequatae, siquidem altera ex illis cum sit causa sufficiens et sufficienter applicata concursum suppeditat, et in eo quod utraque simul concurrens concursum attemperet, quod est alienum a communi modo operandi in genere speciei. At pôa et illius complem.tum v. g. lumen ita sese adiuvant, ut utriusque concursus immediatus requiratur ad producendam intellectionem.

Ad 2.um dicitur ex S. Ircnaeo et S. Iustiniano etc. cum Sancto Crisosthomo et illius sequacibus per spem intelligi non impressam sed pulchritudinem Dei, quae non tamen sed in patria facialiter videbitur.

non

spes impressa, cujus usus potius datur dum per fidem ambulamus. Vasquez 2. p. disp. 50. c. 7 nº 3. per vocem grecam [illegible], voci latinae spes respondentes intelligit facies imaginis, de quibus loquitur S. Aug. [illegible] psal. 92. in fine. Ad 2am resp. Rº illud totum falsum esse de causa 1ª proxima et magis minore securrit ut vicaria est substituta alterius, sicut spes est substituta obj., nam in eo casu si objectum sit proportionatum ad determinandum se sed minus minorum increatum et remotum realius, securrit, quia est causa proprietaria, et presente proprietario minus necesse est, quod securrat substitutus.

Obj. 2º idem prerequisitur ad actum vitalem speciem in ordine representationis saltem realiter non potest a Deo suppleri sed neque minus speciem, quae determinat ad actum ut forma representans objectum. Ans. probatur nam propterea cognitio, quae prerequiritur ad volitionem saltem realiter negata Deo suppleri, quia est requisitum per modum representationis, sed neque spes impressa, quae est prerequisita in genere representationis. Resp. 1º nam Deus negat intellectum reddere videntem ut spes expressa, sed neque ut impressa. Resp. 2º nam essentia Divina est summe appetibilis per se ipsam et non indiget objecto illam applicante ad hoc tamen, sed ipsa essentia Divina et summe intelligibilis indigebit spes applicante ad hoc ut videatur.

Ad argumentum respondet spem dici representatem formam et imaginem obj. non expressam et formalem sed virtualem quae scilicet determinat intellectum esse

cientem ad formalem et ideo ejus defectus potest sup
pleri per essentiam Divinam. aliter contingit in cognitione, quia
requisita ad volitionem, quae formalis et vitalis est repraesen
tatio, et non potest suppleri a Deo formaliter, quia Deus seip
so non potest formaliter reddere videntem, quia ad vitalem
hanc denominationem requiritur influxus activus et passivus in
tellectus ut dicta disp. 2. art. 1. Inde patet ad 2um
quaesitum —   Neque etiam potest suppleri a Deo defectus cog
nitionis ut voluntas amet praestando ulteriorem concur
sum effectivum, nam esto id fieri possit per potentiam
absolutam respectu volitionis necessariae. non tamen respectu
volitionis liberae, cujus libertas radicatur in cognitione
dum, neque respectu volitionis necessariae naliter elicitae
nam quod mutetur gen⁹ ɔcurrendi formaliter, quod respectu
volitionis competit cognitioni in genere efficientis, quod illum potest
a Deo praestari, praeternaturale est, haec tamen praeternaturalitas non datur
in hoc quod essentia ɔcurrat ad visionem in genere efficientis, cum
hoc gen⁹ ɔcurrendi sit ̄p̄prium speciei accedit ɔpetis natura
voluntatis, quae caeca est neque potest amare nisi id quod vide
atur esse bonum; videri autem non potest nisi per visionem. Inde
patet ad 2um ɔfirmatum tamen Deus sit summe appetibilis nullus
tamen poterit ad illum inclinari per volitionem caecam, nisi ta
lis summa appetibilitas, cognoscatur: at sola positione
speciei efficientis visionem producitur visio, quae objectum cognoscitur
et similiter poterit ab essentia Divina in eodem genere pro
duci —
      obj. 3° essentia Divina neque genere nunquam speciei
respectu visionis beatae, quod ɔcedenda est species creata impres
sa

ta ans probatur 1° nam essentia Divina non potest subordinari
intellectui; at hoc necessarium esset ut munus speciei ge
reret. 2° species naturalis debet proportionari; at essentia Divina
deberi non potest intellectui, etiam lumine gloriæ illustrato, sed
tum non debetur intellectui increato. 3° sicut neque gere
re munus speciei respectu cognitionis, qua viatores Deum
cognoscunt, ita neque respectu visionis beatæ. 4° essentia
Divina sicut eminenter continet species omnes intelligibiles
ita et omnes sensibiles; sed non potest munus speciei subire respec
tu sensuum, ergo neque respectu intellectus. 5° non conveniunt in
essentia Divina omnia requisita ad speciem, ergo neque est neque
In quacumque operatione intellectus duplex principium requiritur ex parte objecti; alterum speciei ipsummet objectum loco speciei, et de hoc principio respectu visionis latius et plus quam satis dicta disputatione 5. alterum vero motiva et determinativa quæ dici solet objectum formale ut patet in actu fidei ad quem præter speciem impressam determinat ut motivum formale authoritas divina. quærimus ergo quid nam sit hoc objectum formale respectu visionis, quid nam per dictum divinum, vel eius pacto reliqua per dicta increata per visionem attingantur, vel possint attingi et explicabimus.

Art. 1.

Quod nam sit objectum formale et primarium visionis beatæ

Sect. 1. essentia divina habet rationem objecti formalis respectu visionis

Sw

Supponitur tanquam certum Deum ut
est in se Trinus et unum esse objectum visionis beatae
colligitur 1° ex illo 1ª Joan. 3. videbimus eum sicuti est,
2° ex Concil. Florentino sess. ult. in literis unionis
definimus animas beatorum intueri clare ipsum Deum tri-
num et unum sicuti est. idem docet S. Nazianze-
nus orat. in laudem S. Basilii ad fin. et S. Augu-
stinus 4 lib. de cathechiz. rudibus c. 25. et alii re-
lati disp. 1. art. 2. ubi de existentia visionis beatae et
alii referendi art. 2. Praeclara sunt illa verba
S. Nazianzeni orat. 2ª de Theolog. in patria
videndum esse quid Deus natura atque essentia sit

Sed cum Theologi in Deo triplex genus
perfectionis distinguant. 1um per quod constituitur forma-
lissima essentia Divina ut est radix nostro modo in-
telligendi reliquarum perfectionum Divinarum s. me-
diate et immediate, quam probabilius est constitui
per radicem intellectionis. Ad 2um pertinent
attributa scilicet Divinae operationes et alia praedicata
absoluta, quae essentiam nostro modo intelligendi sequun-
tur ut existentia intellectio volitio, aeternitas, immensi-
tas omnipotentia, et horum radices secundum explicitum
praeter explicitam radicem intellectionis. Ad
3um spectant relationes Divinae et subsistentiae
quae sunt essentiae Divinae substantialia complementa
dubium est quaenam ex his praedicatis Divinis sit
objectum formale et primarium respectu visionis
beatae

beatæ — Dico 1o essentia formaliter accepta est obiectum formale visionis beatæ, ita censent Doctores quos diximus præcedenti articulo 3o et ex his ratione asserendum est essentiam divinam per se et media specie intellectum beati determinare ad visionem, obiectum enim formale est quod determinat in genere speciei. probatur nam visio beata est quidditativa et intuitiva Dei ut est in se quare habet pro obiecto formali ipsum Deum saltem secundum conceptum illius veluti essentialem et specificum —

Dubitabis 1o cum essentia divina est secundum conceptum formalissimum essentiæ non solum supernaturalis sed etiam naturalis idest non solum principium effectuum supernaturalium sed etiam naturalium, non solum finis supernaturalis sed etiam naturalis, an secundum utramque rationem sit obiectum formale specificans visionem beatam sive secundum utramque rationem censendus est obiectum formale visionis. Probatur nam illa utraque ratio (quæ in esse entis est supernaturalis) pertinet ad conceptum formalem quidditativum ac veluti specificum essentiæ divinæ quare utraque specificat et est obiectum formale visionis qua videtur Deus immediate et ut est in se. Sed nam illud est obiectum formale visionis, quod movet et determinat ad videndum alia quæ sunt intra et extra Deum, sed non solum essentia ut finis et causa supernaturalis præcise determinat ad huiusmodi obiecta secundaria cognoscenda quare ut sic præcisa non est formale obiectum adæquatum mixtum. probatur nam essentia naturalis et attributa ut illos divinent et constant, sunt propria connotata in ordine

ad ques constituitur ess^a Divina in ratione naturalis et
[illegible] non distinguitur ab ess^a ut supernali quae est
ut illos terminos repraesentans formalissime non
est supernalis sed naturalis quod ess^a ut naturalis pertinet
etiam ad objectum formale visionis. mitto alia quae quis
contra hanc non solum circa objectum visionis sed etiam circa objectum
fidei et charitatis inutiliter congesserit.

Dubitatur 2° an ess^a inquantum ess^a sit
objectum formale an vero inquantum vera? haec diffi-
cultas ratione est etiam in Divina scientia et in volitione Di-
vina respectu bonitatis de qua disp. 2. de scientia art. 4.
sect. 2. et disp. 2. de volunt. Dei art. 1. sect. 3.
ex quibus locis breviter dico veritatem transcendentalem
essentiae Divinae esse objectum formale visionis et in
eo distingui a charitate quae respicit eandem ess^am
Divinam sub ratione boni. hoc autem ita intelligen-
dum est ut verum et bonum debeant necessario attingi
quasi in actu signato ut aiunt amari scilicet et cognosci
per volitionem et scientiam; sed quia veritas est conditio (idem
proportionaliter de bonitate) ex parte objecti ad hoc
ut cognoscatur, ergo in actu exercito attingitur
objectum per judicium formaliter verum, et quia probem
bene cognitus veram virtualiter affirmat verum
esse quod affirmatur. haec doctrina est S. Tho. 1 p.
q. 16 art. 3. ad 3um. Ad quod dicendum
cum dicitur quod ens non potest apprehendi sine ratione veri
hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo ita quod non appre-
hendatur ens nisi ratio veri assequatur apprehensionem
entis

lutis (idest conformetur obiectum cum apprehensione et cognitis, et illa sit vera) et sic loquitur hic de veritate. Alio modo posset sic intelligi quod eius non possit apprehendi nisi apprehenderetur ratio veri; et hoc falsum est. Addit Caj. peculiariter circa bonitatem eam non solum esse conditionem obiecti, sed etiam obiectum formale quod vere debet attingi ab actu voluntatis quasi in actu signato quod sancti frequentius contingat in aliis actibus prosequutionis (nunquam fere in aliis aversionis) quae non habentur nisi praecedat cognitio bonitatis; et non semper per actus prosequutionis explicitus et in actu signato attingitur aut amatur bonitas ~~Dei~~ ~~[illegible]~~ rei, sed res bona sicut non semper cognoscitur veritas rei, sed res vera. Vide Dd. loco cit. de vol. Dei. Id ipsum aliis terminis ab aliis Dd. traditur scilicet essentiam divinam esse obiectum quod respectu visionis, veritatem vero obiectum sub quo etc.

Sect. 2. An etiam attributa et relationes sint obiectum formale visionis.

Dico 1°. Sola essentia divina praecise sumpta est obiectum formale adaequatum specificativum visionis beatae; atque adeo reliqua omnia praedicata divina scilicet attributa et relationes, sunt in hoc sensu obiectum secundarium visionis beatae; quamvis in alio sensu dicantur obiectum primarium et per se

obji primarij, quatenus eius cognitio pertinet ad
complementum substantiale visionis dicit in genere
rei ipsa attributa et relationes sunt complementum
substantiale divinae essentiae hoc ultimum tradit a
Gran. ttu. 5. de visi. disp. 4. nº 10. Probatur nam
quemadmodum cognitio attributorum et relationum non pertineat
ad rationem specificam visionis beatae ut in probatione 1ª
ostenditur; ita tamen pertinet ad substantiam visionis
beatae, ut si haec non repraesentaret attributa et
relationes non esset visio Dei ut est in se, sicut Deus
ut est in se complitur substantialiter per attributa
et relationes, licet per illa non constituatur essentiali-
ter et formalissime in ratione veluti specifice Dei.
ita in visione immediata et quidditativa Dei ut
est in se, quod repraesentat essentiam pertinebit ad rationem
eius veluti specificam, quod autem repraesentat attri-
buta et relationes pertinebit ad substantiale
complementum illius in ratione visionis Dei. quam dicatur
in visione et vera integra cuius est imitatio perfec-
tissima visio beata beatorum trad. d. disp. 7. de
Trin. art. 5. sect. 2 et 5. —

Praecipuum hic assertum scilicet quod attribu-
ta et relationes non sint obiectum specificans forma-
liter visionis, et in hoc sensu obiectum secundarium, quod viden-
tur in essentia tanquam in obiecto formali et primario do-
cent Scotus in d. 1. q. 2. § quantum ad 3um. lit. G. Ubi Scotus
visi q. 2. art. 7 § et non video. Lichetus et Bargius, et idem
May

Mayron. 4. bacon. q. 2. art. 2. Ovand. 4. dist. 49. p. 5. 20. Cajet. n. 21. q. 2. art. 8. § ad 3. Ka da 4. 2. Vercella 6. 2a. Faber 1o disp. n. c. 3. n. 25. Herrera tho. 1. disp. 10 q. 4 notab. 2. et DD. scotistæ ut plurimum. Mol. 1. p. q. 12. art. 7. disp. 4. Suarez lib. 2. de attrib. c. 23. n. 25. juncto lib. 9. de Trin. c. 5. n. 5. et 6. Vazq. 1. p. tho. 2. disp. 42 n. 10 et disp. 14. c. 4. n. 7. Pesantius 1. p. q. 12. art. 10 disp. 5. ad 4. et 5. Mtr. Tapsolt, art. 3. dub. 3. n. 26. et 7. Gran. ttu 5. de Vis. disp. 4 n. 12. Salas 1. 2. ttu 2. disp. 4. sect. 2. a n. 31. Egydius Tusit. lib. 5. de beatit. q. 2. art. 2. et 2. et alij Recentiores. inter quos DD. Scoti, Bassolis, Ovandus, Rada, Fab. Vazquez, Salas et Pesantius asserunt expresse attributa et relationes esse obiectum secundarium visionis beatæ. Mayron, bacon, Nichet, Vazquez, Herr. et Suar. pariatim de relationibus dicunt esse obiectum secundarium, tandem Cajetanus, Mol. Salas, Tapsolt et Granado expresse dicunt solam essentiam non vero attributa et relationes esse obiectum formale et specificativum visionis beatæ.

Probatur nam visio beata perfectissime imitatur visionem increatam, quam Deus se ipsum intuetur ut fatentur omnes Theologi; sed secundum DD. a nobis disp. 2. de scien. art. 5. sect. 2. increata scientia et visio solum specificatur ab essentia divina secundum conceptum explicitum et reliqua divina prædicata divina quæ connotantur essentiam cognoscuntur in essentia et per essentiam tamquam per obiectum formale et primarium.

Similiter per visionem creatam.

Probatur 2° nam visio beata saltem in genere suo censetur esse cognitionum nobilissima quia habet obiectum et motivum esse nobilissimum quia neque attributa neque relationes pertinent ad rationem obiecti formalis visionis. Major haec probatur nam si in adaequate saltem concurrerent ad constituendum obiectum formale visionis haec minoris esset perfectionis quam si adaequate a sola essentia specificaretur, nam ratione illius inadaequati scilicet attributorum et relationum (quae secundum conceptum explicitum minoris perfectionis sunt quam essentia divina) degeneraret visio esset que minoris perfectionis ut late disp. 2 de scientia art. 4 sect. 2 rationibus et exemplis ostendi.

Probatur 3° nam sola essentia divina movet in genere speciei intellectum ad hoc ut visionem eliciat quia sola essentia gerit rationem obiecti formalis obiectum n. formale sicut est motivum immediatum ita debet imprimere potentiae similitudinem sui per speciem. antecedens vero probatur tum ex dictis disp. 4 de visione art. 4. tum etiam quia relationes nunquam intelliguntur effective atque adeo neque moventes in genere speciei, quod est effectivum, tum praeterea quia sola essentia est adaequate sufficiens ad producendum visionem loco speciei ut ibi demonstravi et probatur et explicabitur quod neque datur neque necessarium est concursus in genere speciei ex parte attributorum et relationum respectu visionis Dei ut est

infra

in se —

Probatur 2º nam sola essentia est sufficienter et adequate motiva in genere objecti formalis non solum ad sui visionem, sed etiam ad intuitionem attributorum et relationum ergo sola essentia est objectum formale adequatum visionis beatae. Ant. patet nam si sola non moveret in genere objecti formalis frustra illi inesset illa virtus formalis motiva adequata quandoquidem eam mutuo non posset exercere neque ad actum reducere. Ant. vero probatur nam essentia Divina sicut est summe et infinite perfecta in genere entis, ita etiam in genere, et ratione intelligibilis per se. Deinde sicut in genere entis continet in se veluti eminenter omnes perfectiones absolutas et relativas Dei, quae mutuo veluti emanant ab essentia, quatenus essentiam necessario sequuntur et ab ea tanquam a radice per bonam consequentiam deducuntur ergo continet etiam eas perfectiones earumque intelligibilitates in ratione intelligibilis quae sunt per essentiam Divinam et propter illam intelligibiles ergo essentia sola habet rationem objecti formalis ad intuitionem omnium perfectionum absolutarum et relativarum Dei —.

Sect. 3. An saltem sint attributa et relationes objectum 1arium terminativum visionis beatae.

Dico 3º essentia Divina est quoque objectum

primariu terminativum in quo videntur per visionem
beatam attributa et relationes, quae in hoc sensu
sunt objectum 2arium; ita censent DD. citatis
classe 2 relati: oppositum censet Herr. disp.
50 c. 2. nº 31. ex p. etiam extra dicunt. Molin.
1. p. q. 12 art. 8 disp. 4 in 2. p. sec. 2. Zu
mel art. 7 sec. 6. § ex his et ad 3um, Pasqual art. 8
dub. 3. nº 4, ubi ipse affert Adamum Argentinas
et Caj. et Salas 1. 2. tt. 2. disp. 4 sect. 3. nº 3.
et 32. quatenus affirmant attributa et relationes
esse objectum 2arium saltem terminativum.

Sed mea 2º probatur nam visio beata ex suo
genere est summa et perfectissima imitatio visionis
increatae; sed per visionem increatam Deus intuetur
sua attributa et relationes in essentia ut in objecto termina
tivo primario ut probatum est disp. 2. de scientia Dei
ergo beati per visionem creatam, —

Probatur 2º oppositum nam attributa et rela
tiones divinae cognoscuntur per visionem ex determinatione
essentiae divinae gerentis munus speciei quae cognoscuntur tamen
in essentia ut in objecto primario terminativo. assumptum constat
ex dictis disp. praeced. art. 4. sequela vero probatur nam
quamvis reliquae species intentionales determinent intel
lectum ad cognitionem absque eo quod ipsae cognoscantur; at
vero quoties objectum ipsum munus gerit muneris speciei, implicat
ut determinet intellectum efficiendo in illo cognitionem
quin necessario cognoscatur, ex eo enim determinat se ipso

qua

qa se ipso est intelligibile et se ipso intelligitur ut objectum terminativum et tum essentia gerat munus spectum in ordine ad cognitionem sui quam cognitionem attributorum ac relationum, haec non poterunt cognosci nisi ex eo quod essentia divina cognoscatur, et ex penetratione illius tanquam divina cognoscantur. Sic nempe creaturae ex eo cognoscuntur in Deo tanquam in objecto terminativo primario quod essentia divina continet creaturas in esse entium et in esse intelligibilium, quae est earum causa perfectissima et gerit munus speciei ad eas cognoscendas; sed et essentia divina est veluti radix attributorum et relationum, ex qua haec praedicata per rationem nostram a priori deducuntur et propterea dixit S. Athanas. lib. de definitio. quod essentia divina est una et generatrix hypostaseon. Propterea gerit munus speciei respectu attributorum et relationum et haec non sunt objectum secundarium cognitum in essentia ut in objecto primario terminativo cognito.

Obj. 1. cum S. Thoma. ... per visionem beatam intuitive cognoscuntur attributa et relationes et cognoscuntur in se ipsis directe et immediate, ut in objecto terminativo primario. ... si cognosceretur ... medio scil. in essentia ex eo quod essentia penetraretur, ... cognoscerentur in directe et in abstracto ...

R. ... eam esse eminentiam divinae essentiae ... modum speciei determinantis, ut quoniam primario terminat visionem beatam ipsa sola, nihil omnino ...

videri in ipsa intuitive attributa et relationes
quae melius determinat ipsam modum spei ad attri-
buta et relationes cognoscenda, quam si ipsa
attributa aut relationes per se et immediate de-
terminarent. Unde sicut in casu quo determinaret
immediate esset visio intuitiva, ita etiam ex eo
mediet essentia divina quae melius et perfectius deter-
minat intellectum ad cognoscere sicut objecta quae videntur in
speculo, intuitive videntur, licet non videantur nisi in ipso
speculo (scio hinc videri objecta per species reflexas im-
mediate ab objectis emissas et in hoc esse discrimen) sic
ita ex eo quod in essentia quae solet appellari a SS. Patri-
bus speculum videantur alia objecta non tollitur quominus
intuitive cognoscantur. Idemque dicendum esset de crea-
turis existentibus quae per visionem intuitivam in di-
vinitatis speculo videntur, quae per se immediate
non possent et non possunt immediate producere speciem
sui, sed licet haec vel immediate non producant speciem, pos-
sunt per speciem aliam productam intuitive cognosci,
ita potiori iure per determinationem essentiae divinae
et similiter attributa et relationes.

Obj. 2o sed essentia potest instar speciei determinare quamvis
non cognoscatur sicut reliquae species intentionales ad cognos-
cendum attributa et relationes, sed haec immediate ex
ipsis vi parte infinite perfecta et immaterialitatis po-
terunt absque spe determinare ad visionem beatam
quod non opus est ut cognoscantur in essentia et ex eo essentia
cog

cognoscatur. Resp. visionem quae de facto datur ut posse indivisibilem et determinatam ab essentia loco speciei non posse nisi in essentia et per essentiam attributa et relationes repraesentare; quia essentia non potest non cognosci per visionem ab ipsa determinatam; et attributa ac relationes se ipsis non determinant loco speciei sicut neque se ipsis specificant cum visio habeat nam tamen indivisibilem speciem designatam a sola Divina essentia. Ad 2um. Resp. possibile ut detur visio attributorum et relationum quae haec immediate ut objecta terminativa primaria repraesentet et ad quam haec objecta immediate determinent per modum speciei explico erit 1. et 2. —

Obj. 3o. Visio beata ita repraesentat attributa et relationes ut ad haec objecta dicat ordinem essentialem transcendentalem quod simul cum tota essentia visionis periret si talia attributa et relationes per eam visionem non repraesentarentur; ergo attributa et relationes non sunt objectum secundarium terminativum visionis. Resp. negando consequentiam. Ratio talis est quia si intelligatur ab ea non inducit mutationem in cognitis, sed haec adhuc invariata perseverat. Unde nam in attributis cognoscit beatus alia objecta secundaria ut creaturas quae tunc attributa non secundarium sed sunt objectum terminativum primarium. — Adde resp. secundo negando sequelam; nam illud ex quo in aliis cognoscitur per visionem creatam respicitur determinato ordine transcendentali a visione et in hoc

hoc sensu n. diximus nos esse attributa ordine secunda-
rium quasi sine illo possit intelligi q. ad eorundem intrinse-
cam coexistere. Ad 2um R. ex ea sequi attributa
esse primaria respective et secundarium q. scil. res-
pectu creaturarum primarium respectu essentiae simpliciter sunt
secundaria.

Art. 2

An quilibet Beatus videat omnia quae sunt forma-liter in Deo?

Sect. 1. aliquot certa et praesupposita.

Praemittendum est 1o duobus modis aliquid posse in Deo inveniri 1o formaliter qn tale praedicatum se ipso formaliter in Deo reperitur et sic se habent perfectiones simpliciter simplices quae in Deo cernuntur. 2o virtualiter et eminenter qn scil. in Deo n. reperitur ipsummet praedicatum, sed alia melior perfectio cujus virtute illud inferioris et imperfectioris praedicatum potest produci ex quo virtualiter dicitur in Deo inveniri et sic se habent creaturae respectu Dei. Vero inter ea quae formaliter in Deo reperiuntur numerantur 1o divina essentia velut radix aliorum, 2o attributales perfectiones quae considerantur veluti affectiones Dei nostro modo concipiendi ut in

Sel

intellectiua volitio etc, eternitas immensitas etc. 2° et atributa etiam negatiua ut infinitudo simplicitas etc. 3° relationes originis quæ sunt in singulis personis diuinis, 4° alia libera diuina secundum intrinsecum quæ in deo dicuntur.

3° nulli dubium est quin beati reipsa perfecte intueantur deum ut est in se, atque adeo non solum secundum essentiam et esse absolutum sed etiam secundum trinitatem personarum. quod deus ut est in se a beatis videatur docui disp. 1. de vis. et art. præced. quod vero perfectiones singulas diuinæ personæ videantur non obscure ex s. script. colligitur ex Math. 18. Angeli semper vident faciem Patris Joan. 14 manifestabo ei me ipsum. 1.a Petri. 1° de Angelis dicitur quod in spiritum sanctum desiderant prospicere, quia scilicet 3 diuinam personam tunc et re ipsa summa delectatione absque fastidio intueatur.

Tandem post Concilium Florentinum sect. ult. in literis unionis non licet saluafide de hoc dubitare, cum ibi expresse definitum sit, a Beatis videri deum trinum et unum, idem passim testantur SS. quos art. 3. et 4 afferam, quod id colligunt ex eo quod visio beata succedat fidei clare representando diuina prædicata, quæ in hac vita obscure per fidem credebantur.

Dubium est an beati præter essentiam et relationes diuinas omnia et singula atributa deo intra intueantur, ut nulla perfectio formaliter existens in deo ipsos lateat; Aliquot enim eiusmodi atri-

buta & modos aut formalitates eorum aliquas n[on]
videri a Beatis Doct. veteres et Recentiores
n[on] pauci testantur Saludanus 5o Dist. 49 q. 1a n. 9
et q. 5 art. 1 n. 6. Argentinas 3. Dist. 24 q.
Vna art. 3. ad 3. contra 1. 2. Orandus 4. Dist.
49 proposit. 10. et alii Vbi Palacios Disp. 2. fine et
lib. 2. Amicus Dist. 1. Disp. 3. Vbi Pal. Disp. 4. c. 3
n. 28 Vellosillo advertentia ad tho. q. 1 August.
quesito 28. Dub. 2. Herrera 3o contragentes c. 56
Salaz. 2. 2. tract. 2. Disp. 5 sect. 2. n. 20 Vbi Egyd.
tho. 1 lib. 5 de ips. q. 4 art. 2 & 5 et tho. lib.
12. q. 20 art. 1. et 2. et P. Suar. Disp. 6 meth.
sect. 6. & alij fabent Thomistae qui affirmant n[on] vide-
ri in Deo a Beatis res perfectiones, quae dicunt res-
pectum rationis ad creaturas. ita vanes 1. p. q. 12, ar. 7
dub. 2. Rumel. Disp. 1. Albeldo Disp. 32. sect. 1. et
Forca 1. 21 Disp. 28 membro 2 —

Sect. 2. Nihil formaliter existens in Deo latet videntem Deum ut in se.

1.

Sit 1a conclusio quamque beatus per visionem beatam n[on] solum videt clare et ut est in se essentiam divinam, ejusque subsistentias et praecipua attributa, sed etiam formalitates res et modos attributorum formaliter existentes in Deo. haec est sententia communis, quam tradit non semel D. Tho. 1. p. q. 12 art. 1. et art. 6 (ad 3) dicen-

dum

dum q. diversitas videndi n. erit ex p. obji qa idem obgum ptas presentabitur scilicet divina essentia et ex. § ad 2um dicendum q n propter hoc deus incomprehensibilis dicitur quasi aliqd ejus sit q n videatur et ad 3um cum in ergo objiceret deum a beatis totaliter videri respondet § ad 3um dicendum q totaliter dicit modum obji n quidem ita q totus modus obji n cadat sub cogne sed quia modus obji n est modus cognoscentis q igitur videt deum per essentiam videt hoc in eo q infinite existit et infinite cognoscibilis est sed hic infinitus modus n competit ei ut scilicet ipse infinite cognoscat et lib. 3. contra gentes c. 55 (n autem sic dicitur divina substantia ab intellectu creato videri quasi aliqd ejus videatur et aliqd n videatur cum divina substantia sit simplex omnino) —

Eadem videtur mens Magistri 4 dist. 49 c. 3. vide S. Bonave. art. 1. q. 6. Durandus q. 2. n. [illegible] et q. 3 n. 5. Richardus art. 2. q. 5. major q. 11. ad 1um Soto art. 3. n. 1. Henricus quodlib. 13. q. 2. S. [illegible] 1. dist. q. 2. art. 4. Abulensis Math. 5. q. 44 et plures alii DD. quos Egydius et Salas relati afferunt, et quos sequuntur et referunt Md. 1. p. q. 12 art. 8. disp. 3. Valancia q. 12 puncto 6. ad 2. questio in 1o arg. Suarez lib. 2. de attrib. c. 22 Vasquez disp. 48 c. 2. Arrub. disp. 24. c. 1. et 2. Pesant. eo art. 8. disp. 4. vide Fasolus dubio 1. Granadus de attrib. 5. de visi. disp. 5. Her. disp. 50 c. 1. n. 10 et ut plurimum dicti Recentiores —

Illud præsertim Patri. Suarez et Arrub.
et aliis nec non oppugnatoribus sub nostræ dictis esse cer-
tam aut fere certam secundum fidem. Ita ut oppo-
situm tanquam erroneum saltem aut errori proximum
notari debeat. nam si sermo sit de modis attribu-
tivis et de aliquibus eorum formalitatibus in ordine ad crea-
turas terminos opposita sententia asserens non omnes eas formali-
tates videri a beatis probabilis est quam tradunt Supra-
dicti DD. sect. 1. relati. Si vero sermo sit de præcipuis
Dei attributis scilicet intellectu voluntate æternitate etc. quod
aliquod eorum beatos lateat censeo omnino improbabile et for-
te errori proximum quod constat ex fide videri Deum ut est
in se. quod fieri non potest nisi præcipuæ illius affectiones et
attributa quæ conferunt ad perfectionem formalem ac veluti
specificam Dei, cognoscantur.

Probatur vero ex ratione quæ potissimum fundatur in
natura visionis beatæ et perfectione ac simplicitate obiecti increa-
ti. visio enim ex DD. cit. disp. 1. intuitiva est et quidditativa
attingens obiectum sicut est in se; sed obiectum est summe unum
et simplex et nihil in illo formaliter existens neque
per modum relationis neque per modum attributi, neque
tanquam formalitas aut modus attributi latet per ta-
lem visionem. Maior et minor sunt propositiones certæ ex
alibi DD. cit. consequentia probatur; nam si lateret per visionem
aliquid formaliter existens in illo non cognosceretur quiddi-
tas divina ut est in se sed aliter ac est in se; nam
in se est quoddam indivisibile et summe simplex, et ex
eo quod aliquo cognito aliud lateat, et cognosceretur

ipsa

Predicata divina veluti specifica ut distracta aut
divisa ab illud quod latet ut pote pertinens ad quidditatem
Dei quasi specificam et clausum essentialiter in esse,
sed si absolute non esset requireret visionem beatam in esse
perfecte et adequate quidditativam —

Prob. 1° nam fides nostra extenditur ad cognitionem
omnium perfectionum, quae sunt formaliter in Deo ergo etiam
visio beata, quae loco fidei obscurae in patria succedit.
Prob. 2° nam eae illae perfectiones absolutae pertinent
in esse rei ad complementum substantiale ac veluti
specificum quidditatis Dei, modo sint attributa af-
firmativa, modo positiva fundamenta connotantia ali-
quas negationes, quae ex eo dicuntur attributa Dei ne-
gativa ergo cognitio perfecte quidditativa Dei in ratione
cognitionis debet habere saltem ut substantiale complemen-
tum earum perfectionum repraesentationem. Prob. 3° nam melius est
ut essentia divina determinans per modum speciei intellectum ef-
ficiat visionem essentiae sed etiam omnium quae sunt idem cum es-
sentia et perfectiones illius, nulla omissa, cum omnes
eadem ratio, et nulla major quare prius his perfectiones
absolutae aut formalitates repraesentent quam alias —

Sect. 3. aliquot argumenta dissolvuntur —

Obj. 1° S. Ambrosium lib. 1. in Lucam c.
de Angeli apparitione, nemo (inquit) Dei plenitudinem aspexit,
nemo mente aut oculis comprehendit. Ubi aperte vis, ergo

diuinę plenitudinis seu infinitatis negat comprehendi eodem
accipit eam conspici ac apprehendi, & non plene cognosci quod
quod est formaliter in Deo. R. diuinam perfectionem
conspici adequate quantum cognoscibilis est, si eodem
accipiatur a Sancto Ambrosio ac comprehendi, eiusmodi
di visione ad eos ut impossibilem censere, non etiam
quod videantur omnia, quę sunt formaliter in Deo —

Obj. 2° si viderentur a Beatis omnia quę sunt formaliter in Deo, aut viderentur per modum unius simplicis perfectionis aut per modum plurium; utrumque repugnat & 2a. minor probatur nam si viderentur ut unum non viderentur ut attributa distincte et clare, ad quod necessarium esset efficere distinctionem rationis inter illa, cum mediante hac distinctione attributa distincte a viatoribus cognoscantur nec potest affirmari quod videantur ut plura, alias Deus non cognoscerentur ut sunt ipse unum, de quo eleganter S. Bernardus lib. 5. de consid. ad Eugenium columen. cap. 6 (nobis autem quia non possumus cum Deo simpliciter contendere dum contendimus apprehendere unum, occurrit veluti quadruplicatum. facit hoc speculum et enigma per quod solum interim videre datur cum autem videbimus facie ad faciem videbimus sicuti est. neque enim iam tunc fragilis acies mentis nostrę quantumlibet vehementer intendens alicubi reflectet, dissiliet vel in quam pluralitatem colliget se magis adunabit conformabitque unitati illi, & potius unitati illi ut una uni facies respondeat faciei)

R. Deum videndum directe a Beatis ut est in se, atque adeo ut simplicissimum et absque ulla distinctione

rationis

rationis inter illius attributa. neque hoc obstat, quominus Deus et illius attributa distincte cognoscantur, id est non confuse neque obscure sed clare; tunc enim clarius cognoscuntur quando cognoscuntur ut sunt, quod simplex, quod unum et simplex sunt in se, in quo visio beata cognitionem viatoris praecellit. vide Vazq. 1. p. disp. 120 Arrubal. disp. 24 c. 6. n° 26. poterit tamen beatus indirecte in intellectu viatoris cognoscere attributa Dei a viatore distincta et hoc modo per visionem cognoscere distincta. nulla imperfectio est.

Obj. 3. si viderentur omnia quae sunt formaliter in Deo comprehenderetur Deus sed implicat Deum comprehendi, ergo. 2a sequela probatur nam cognitio comprehensiva est illa quae exhaurit omnem latitudinem objectivam; sed visio beata exhaurit quidquid est cognoscibile ex parte objecti increati, ergo est comprehensiva. R. negando maj. ad ejus probat. R. distin. quando maj. comprehensio est quae exhaurit omnem latitudinem objectivam id est quod cognoscitur quidquid est formaliter in objecto nego (neque enim id sufficit ad comprehensionem) quod cognoscitur quidquid est in objecto et omni modo perfectionis quo est cognoscibile ob suum et petit cognosci concedo; hoc enim requiritur ad comprehensionem et non reperitur in visione beata respectu Dei, cujus cognoscibilitatem passivam non adaequat ita ut reddat Deum cognitum quantum cognoscibilis est modo late explicando disp. 6. —

Obj. 4. si visio beata attingeret omnia quae sunt formaliter in Deo attingeret infinitum objectum quidditative ergo ipsa visio esset infinita atque adeo comprehensiva. ante probatur nam attributa omnia quae sunt in Deo infinita sunt

n̄ solum in perfecte sed etiam in n°; nam 3 attributa quasi capitalia n° finita sint, intra quilibet tamen attributum dantur infiniti ordines inadequati ad infinitos terminos ad extra &c. g. infinita esse. R.a neg. si enim illi ordines cognoscuntur infinitae perfectiones in Deo attinguntur quidditative; imo ex hoc etiam fieret cognosci evidenter et distincte a beatis res creaturas possibiles, sicut cognoscuntur res ordines ad tales creaturas, ex quo cognitione S. Thom. et ejus discipuli arguunt n̄ solum infinitam visionem, sed etiam comprehensivam.

Arg. 2° nam si beatum nihil latet increatum, sed sicut increata scientia comprehensiva est et per eam nihil latet aut creatum aut increatum, ita per visionem illius, sicut tota, nec nihil latebit creatum aut increatum &c. illa visio erit aut infinita aut comprehensiva &c. Arg. 3° nam ut quidditative cognoscatur respectus et ordo ad Petrum debet Petrus evidenter cognosci &c. ut cognoscantur quidditative infiniti inadequati respectus ad infinitas et res creaturas possibiles debent res creaturae possibiles cognosci. Ad argum. d.c. ex eo ꝙ videantur omnia quae sunt formaliter in Deo n̄ seq. ꝙ cognoscantur in Deo infinitae n° perfectiones sed finita n° attributa, quamvis infinite perfecta, ex quo infinitudine imo et ex infinitis n° terminis infra et intra Deum cognitis (esto infinitis formalitatibus intra Deum cognoscerentur) non sequitur infinitudo in visione multo minus eius comprehensionis propter dicta disp. 2. de visione ubi ex infinitudine obiecti et excessu illius &c. infinitum

infinita obj. imperfectiora et imperfecti raro
hunc deum inferri perfectis finitam ob obiectis per
fectiones [illegible] inferiorum obj. idem dicendum de
cognitione quidditativa scientiae increatae et omnip. quae cum sint
perfectiones absolutae, videre quidditative quin ipse
rea necessarium est videre quod per scientiam increatam videt
et per omnipotentiam [illegible]. Unde patet ad 1am conf. 3 de
qo itaque iam sect. Ult. Vel de modo cognoscendi [illegible]
ros divinos, nam eodem modo cognoscit scientia divi
na —. Addo pro solutione plena argumenti et
confirmationis 1ae ac 2ae in Deo non reperiri illum or
dinem transcendentalem ad effectus et terminos creatos ex
tra Deum. Unde pro multitudine terminorum non fuit distingui
biles neque in scientia neque in omnipotentia Dei plures ordines, nec
dum sufficit, ex quorum cognitione et termini ad extra nece
sario cognoscantur. Cum enim omnipotentia scientia et reliqua attributa
Dei sint perfectiones absolutae in ordine ad creaturas po
terunt perfectissime absque creaturis evidenterque et quid
ditative cognosci absque cognitione creaturarum. Imo si nullae
creaturae essent possibiles idem dicendum de ordine et res
pectu determinato ad Petrum, cum enim in Deo talis res
pectus intra Deum ex cognitione nullius perfectionis divi
nae sequitur per bonam consequentiam cognitio illius creaturae, nul
lo [illegible] obj. possibilium —
Et sane qui in Deo respectus transcendentales po
nunt ad creaturas nullo modo possunt defendere quod
cognoscatur quidditative explicite et evidentior, [illegible]

est formaliter in Deo non cognitus creaturis etiam aliis possibilibus quae per tales ordines transcendentales respiciuntur. nam in exemplo quod concedunt, quomodo in distinctibus ordo ad res creatas, fatendum est ex eo quod per talem ordinem respiciatur Petrus, v.g. dari in illo ordine aliquid peculiare, quod non daretur, si non daretur Petrus, et sic respectu eius terminaretur in particulari. Atque illud peculiare quidditative et evidenter cognoscatur (ut vere cognosci concedunt adversarii, ne lateat per visionem aliquid formaliter existens in Deo) necessario debet cognosci Petrus sine quo sicut non potest esse illud peculiare ita neque cognosci.

Quare non est intelligibile id quod docet Herice disp. 50 c. 5. nº 26. Deo cognitis ordinibus non cognosci terminos quia non penetrantur ordines quantum sufficit ad hoc ut cognoscantur termina. nam penetratio ordinis quidditativa et evidens (quam ipse Herice concedit) sufficit et necessitat ad cognoscendum terminum respectu cuius datur in ordine illud peculiare quod diximus cum non illud peculiare omnino constituat secundum suam quidditatem in ordine ad illum terminum; sicut actio Petri non potest quidditative cognosci sine Petro quia dicit respectum transcendentalem determinatum ad Petrum; ita ille peculiaris ordo existens in Deo respectu Petri non potest evidenter et quidditative cognosci sine Petro determinate et expresse cognito, et similiter de aliis ordinibus inadaequati constituentibus ... sine aliis terminis possibilibus

libus, et nisi negetur ordo transcendentalis ad crea-
turas, aut conexio cum illis, non poterit aperte defendi
quod cognoscatur per visionem omne quod est formaliter
in Deo.

Sectio 4. Argumentis ex eo quod possit latere aliquid identificatum cum obiecto visio intuitive

Obiicies 1.º posse dari cognitio intuitiva alicuius obiecti quae non attingat explicite et evidenter totum quod est identificatum cum tali obiecto, et licet visio beata sit intuitiva Dei, posse per illam latere aliquid quod sit formaliter in Deo. Antecedens probatur. Quoniam per visionem corpoream intuitive cognoscitur obiectum coloratum longe positum, cuius tamen coloris species et figura et praedicata superiora scilicet qualitas, accidens, ens, imo et differentia numerica non videntur clare et evidenter per visionem corpoream; et propterea audiens videns tale obiectum tantummodo per intellectum cognoscit evidenter totum quod est obiectum visus nullum tamen aliorum praedicatorum cognoscit, neque probabiliter neque evidenter. Multo minus cognoscuntur evidenter per oculos aut intellectum intuentes colorem relationes praedicamentales, quae cum illo identificantur, inhaerentia quae aut alii modi qui tamen modaliter ab illo obiecto distinguuntur, requiruntque tamen ad connaturalem illius existentiam —

Probatur 2° idem arg. nam Angelus lu-
me naturali penetrat et comprehensive substantiam corpo-
ralem aquae sicut et aliarum rerum sublunarium; et tamen
non cognoscit evidenter potentiam obedientialem illius, vel
illam secundum respectum determinatum ad terminos
supernaturales, in ordine ad quos constituitur potentia obe-
dientialis. Nam quia terminos supernaturales ordine
transcendentali peculiari respicit, talis respectus
illi manet incognitus sicut manet incognitus terminus
ad quem talis respectus ordinatur. Ergo eodem jure pote-
rit beatus quidditative et evidenter cognoscere Deum per
visionem beatam, quia per illam lateat aliquid intrinsece
cum Deo identificatum cum essentia aut attributis divi-
nis.

Respondeo cognitionem intuitivam, quae simul sit quidditativa
nullam dari respectu alicujus objecti, cujus aliquid perti-
neat ad talem quidditatem, lateat, quamvis possit latere
aliquid identificatum non tamen pertinens ad talem
quidditatem, et ex hunc sensum neganda est major ar-
gumenti. Ad 2am probationem dico cognitionem corporeae
per visionem, quamvis intuitiva sit, non tamen esse perfecte quid-
ditativam respectu totius entitatis coloris et propterea
eam latent plures rationes quae pertinent ad entitatem et
constitutionem coloris; nam quamvis non sit omnino impossibile non solum
differentiam infimam coloris, sed etiam omnes rationes superiores ut
ens accidens qualitas etc. percipi per visionem imperfecte

et

et obscure, ita ut per visionem neque per intellectum qui visionis tantum dictamen sequatur discernatur talis praedica sed ad modum quo ipse color distans videatur intui tive; non tamen discernitur qualis sit, relationes vero identitatis cum colore neque pertinent ad quidditatem coloris neque continentur intra latitudinem objecti per visionem et ideo per visionem corpoream non percipiuntur.

Ad 2um probationem respondet Suarez num. 25 non [illegible] omnis apprehendat substantias naturales earumque non penitus rem quantum sufficit ad hoc ut illarum terminos cognoscat in quantum dicunt potentiam obedientialem. Aliquanto[?] non multum distat alia, quae dicentium[?] probatur, nullius quoties idem respectus indistinguibilis datur respectu plurium terminorum materialium non oportet esse ut quoties quidditative cognoscitur respectus cognoscantur illi termini materiales; et propterea licet in natura creata nihil sit formaliter clausum quin cognoscatur ab Angelo evidenter nihilominus ex eo non necessario debent cognosci termini supernaturales qui his non sunt formales sed materiales respectu talium substantiarum et entium naturalium. Intelligit autem haec solutio per terminos materiales alicujus respectus eos qui non arguunt in substantia et potentia peculiarem perfectionem ultra illam quam alii termini arguunt. Exempli gratia termini supernaturales non arguunt in potentia obedientiali majorem perfectionem peculiarem ultra eam, quae cognoscitur evidenter et quidditative in ordine ad terminos naturales;

sed enim perfectionis quae elucet in natura nostra v.g.
ex lege sit infra ad effectus supernaturales equiparatur excel
dit ex eo quod sit causa principalis terminorum naturalium. ex
quo doctrina et solutione solum sequitur quod cognito
Deo quidditative non debeant cognosci creaturae ut possunt
termini naturales, non tamen quod lateat aliquid formaliter exi
stens in Deo; sicut neque latet Angelum quidpiam
existens formaliter in natura creata, neque eius potentia obe
dientialis secundum intrinsecum et formale quod dicit or
dinem in natura creata quamvis lateant termini super
naturales in particulari.

Haec tamen solutio non evacuat difficultatem argumen
ti; natura enim creata ex eo quod habeat potentiam obedientialem
ad terminos supernaturales habet ad illos respectum deter
minatum transcendentalem, quem non haberet si non darentur
de talis termini, hoc enim est cuicumque respectui in
divisibili quod plurium terminorum collectionem respiciat ut pa
tet in materia 2a respectu formarum in intellectu respec
tu suorum obiectorum etc.a quolibet enim termino deficiente et
impossibili esset etiam impossibilis talis respectus indivisibilis
ad eam collectionem cum enim respiceret collectionem diver
sam atque adeo esset respectus diversus. quod etiam affirman
dum est de ordine transcendentali in ordine ad plures
terminos materiales quolibet enim termino deficiente et im
possibili non quidem deficeret perfectio specifica talis
respectus sed in alio individuo servaretur, deficeret tamen
aliquid materiale intrinsecum tali respectui, cum enim non pos
set ad talem terminum materialem extendi sub talem
ter

terminum per entitatem materialem respicit ordine determinato et per obedentialem singulos terminos supernaturales respicit determinato respectu saltem pertinente ad perfectionem materialem talis naturae et ex singulis terminis acquirit multiplex peculiaris materialitas intrinseca tali naturae ex potentia obedentiali.

Hac doctrina posita illud materiale peculiare quod est in aqua v. g. explicite constitutum in ordine ad talem terminum materialem scilicet in ordine ad gratiam non potest quidditative clare et explicite cognosci nisi cognoscatur peculiaris illius termini scilicet gratia: nam illa non habet aliud esse nisi in ordine ad talem terminum et non est intelligibile nisi in ordine ad talem terminum et in intellectu tali termini. Quod non Pater Herice et alii dicunt posse scilicet evidenter cognosci et quidditative respectum ad aliquem terminum quando ultimate terminus est inintelligibilis et si latet Angelum gratia et alii termini supernaturales in particulari latebit etiam respectus peculiaris ad gratiam etiam secundum intrinsecum quod dat in ratione secundum illum c. ad aliquid (manifestum est quod si quis aliquid cognoscat eorum quae sunt ad aliquid definite sciet et illud ad quod dicitur definite sciendum est) quod ait intelligi de quocumque relativo non solum praedicamentali sed etiam transcendentali et sicut Angelum qui aquam quidditative videt potest latere haec formalitas ita Angelum qui videt tamen quidditative Deum potest latere aliqua formalitas existens in Deo.

Posset aliquis 1o respondere aquam respe-

Illam aliam naturae habere potentiam obedientialem ad gratiam per dicendum per respectum transcendentalem intrinsecum et per non repugnantiam atque respectu, eo facto quod Deus est potens producere creaturas atque respectu ad illas, atque adeo fieri potest ut comprehenda de illa entitas aqua nullo termino supernaturali cognito sicut potest cognosci evidenter quod Deus est formaliter in Deo nullo creato termino cognito. Haec tamen responsio non omnino improbabilis magnam laborat difficultatem quod non vix in divina potentia intelligitur ut potentior ejus illimitas et independentia, atque reali respectu ad creaturas aut connexione cum illis vel earum productiva. Quod cedit in hac solutione potentiae obedientiali creaturae quae vere productiva est tanquam instrumentum terminorum supernaturalium et propter suam limitatem vere constituitur et specificatur in ordine ad suos terminos secundum communem modum loquendi quod nullo cedit in divinis attributis respectu creaturarum quod potentia obedientialis habet ordinem transcendentalem realem ad terminos supernaturales.

2º respondere posset potentiam obedientialem aquae respicere gratiam ordine transcendentali sed non ordine determinato quod efficiat deficienta possibilitate gratiae sed ordinale quod respiciat solum id quod non implicat contradictionem in se et indeterminate, modo sic hoc modo illud modo sic gratia modo unio hypostatica etc. ita ut potentia aquae et cujuscunque naturae eque bene se habituras et servanda modo sit possibilis gratia modo sit im-

pos

possibilibus, quod autem de ipsa possit gratiam producere, non tam
tribuendum est respectui determinato agentis in ordine
ad gratiam quam virtuti divinae agentem elevanti ad
gratiam potius quam alium effectum producendum, quare cogni
tio quidditativa aut comprehensiva potentiae obedientialis agentis se
cundum totum intrinsecum ita ut nihil illius lateat non
est opus ut cognoscatur gratia et aliud ens supernaturale in par
ticulari, sed solum talem potentiam Deo obedientem fore ad
omne id quod non implicat contradictionem.

Haec tamen responsio non caret probabilitate quia res
pectum transcendentalem concedit in potentia obedientia
li ad effectus non implicantes quoniam non secundum rationes
particulares sed secundum rationes generales. Verum hoc
alteram non modicam ingerit difficultatem, nam potentia obedientialis
agentis v.g. non solum producit gratiam et reliquos effectus
secundum rationes generales sed etiam secundum rationes particu
lares et non solum ad rationes generales sed etiam ad rationes par
ticulares entium supernaturalium dicit ordinem transcenden
talem propter dicta contra eos solutione neque potest
exprimere eum ordinem indivisibiliter, similiter vage in
ordine ad hos et illos terminos supernaturales, aut natura
les non autem determinate, quia ex nullo determinate
peculiaris illi potentiae perfectio accrescit, nam implicat
ordo transcendentalis physicus determinatus simul in ordine
ad terminos vage; nam sicut potentia constituta deter
minata est, ita termini in ordine ad quos constituitur

neque similis respectus physicus determinatus in ordine
ad terminum vagum aliquis invenietur. ex eo, q'
ordo sit indivisibilis in ordine ad plures terminos,
non tollitur quominus eos respiciat determinate in particu
lari non solum collective, sed etiam divisive. nam respectus
alius qui totidem terminos respiceret uno dempto, diversus
esset a respectu transcendentali qui inest aquae, etiam ex
alio capite, nisi quia illi deesset aliqua peculiaris sal
tem materiale quod in ordine ad terminum qui deest dimi
nebatur.

3° igitur multo probabilius respondetur posse ab
Angelo idem comprehendi propria natura ex omnibus aliis insti
tuores secundum rationes earum specificas, in qua nihil forma
liter existit quod evidenter ab Angelo non cognoscatur;
non tamen cognosci evidenter ab ipso per illas naturas, et illius
agentes terminos supernales atque adeo neque potentiam
obedientialem identificatam cum illis naturis, haec
n. per illas naturas tantum agentes cognoscitur. sic nulla di
ci revelatio. Unde tamen sequitur quod Angelus non cognos
cat evidenter praedicatum quoddam materiale forma
liter in illis naturis existens. potentia n. obedientialis illarum
quoad formalitatem intrinsecam non distinguitur a na
tura, neque addit naturali perfectionem specificam, sed
solum materiale; neque n. minor perfectio est, quod at
tingat ultimo principalis effectus naturales, quam quod
attingat supernales ut instrumentum.

Quod si inferas ex hoc nihil creatum

posse

posse ab Angelo naturaliter comprehendi ita perfecte ut nullum praedicatum illius rei neque formale neque materiale lateat Angelum concedendum esse absque ullo incommodo, si sermo sit de praedicato materiali, negandum vero si de praedicato formali et specifico. neque enim ad comprehensivam aut quidditativam cognitionem alicuius obiecti requiritur, ut nullum praedicatum illius materiale lateat videntem, sicut neque requiritur ut omnes terminos etiam materiales respectivos talis obiecti cognoscat quia relativa sunt simul cognitione et si cognosceretur respectivus terminus etiam deberet cognosci quod si hic non cognoscitur neque etiam respectivus ad hunc terminum secus contingit in visione quidditativa Dei per quam nihil formaliter existens in Deo latet sed omnia cognoscuntur evidenter quia nihil est in Deo constituendum per modum respectus transcendentalis vel ordinis ad ullum tertium creatum.

Dices, omnis in Deo, et eius attributis nullus detur respectus transcendentalis ad Creaturas, dari tamen concedendum ad respectum rationis, quem forte a[...] alicubi appellat respectus rationalis ad creaturas, ratione cuius omnipotentia Dei v.g. potest explicite cognosci modo in ordine ad hunc, modo ad illud terminum Creatum. Facta distinctione rationis ratiocinatae in potentia Dei comparata ad diversos terminos; quia sicut ex eo quod in potentia obedientiali lateat respectus determinatus explicitum ad terminum supernaturalem dicimus latere aliquid quod est formaliter in tali potentia; ita ex eo quod Deus videns omnipotentiam explicite potentem producere talem creaturam non videat, latebit aliquid in Deo formaliter existens Corpori; nam mille respectus obiectis explicitis potentiae Divinae in ordine ad rem

Cuius obiectum nescit beatus, vel ratiocinatio distinguit a prima, ut comparata in ord.ad alios terminos. Secundum illum conceptum obiectum distincte recognoscit a Beato ex se et evidenter, quod ille conceptus obiectivus quem dicimus esse peculiarem specialiter non cognoscit evidenter a Beato.

Respondeo concesso ante. neg. consequentiam: ad cuius probationem dico quod perfectio Divina ut comparata ad possibile A, quod latet Beatum, distinguitur in ea explicite tantum a comparatione eiusdem perfectionis in ordine ad possibile B quod cognoscit. Item dico quod Deum non cognoscit ut potentem producere A ab illo intellectu nisi habeat meliorem visionem et clariorem, quam possit in Deo ut potentem illud producere cognoscere, claviorem inquam, quam ille quem cognosceret. Negatur quod talis conceptus obiectivus secundum illud quod dicit in recto, dum comparatur cum possibili A. Idem dico respectu aliorum possibilium non cognoscatur evidenter et ab illo qui ignorat possibile A, quia perfectio potestatis Divinae secundum metonymiam Dei, quid absolutum est, sumpta est sufficienter determinans ad visionem meam ipse ad se tota ubi inveniat, et cuiuscumque conceptus, quantumvis inadaequati secundum rectum quod dicit, quod eum non sit de relatum ad creaturas, potest evidenter cognosci, licet non cognoscatur eius terminus sive possibile A aut quodvis alius. Etiam si deficeret illo possibili A et redderetur impossibile, imo deficientibus omnibus possibilibus, non lateret in se Divina illa radix perfectionis dicens ordinem ad illud possibile A, vel ad alia quaecumque si essent impossibilia, ita etiam modo licet non cognoscatur possibile A, cognosceret tota potestas Divina etiam secundum illum conceptum obiectivum, maxime quod secundum illud quod dicit in recto. Idem quod in terminum cognoscere non cognoscit creaturis quod illi essent impossibiles, ita eum inquam illud nulla perfectio aut realitate in ordine ad possibilia latentia, modo etiam cognosceret, et eodem modo, nulla illius realitate in ordine ad latentia. In quo

Congeluersa e ro poti obedialis, que non persistit eadem cum fra interim
Necum; si de fieret. L. est implicat. 3u. S. Meturi illius. De S. Ig.
Carrusthius pot. indiua immensie in Sufficientia in Diua Volitione;
de qua etiam scolastici.

§. 5.ª

Ægmo confirmatur exeo, q.d latent Beatos
actus liberi Diuini

n. 6. Probatur Beatam latent plures actus lib.i Diuini, q. ri se
q. dicit formaliter in Deo videre perviit Beatam. corpori, nam actu lib.i Diui
dicunt in suo conceptu saltem, in recto perfectionem formaliter existentem in Deo,
q. st. esse latet plerumque, ita possunt latere alie formaliter existentes in Deo.
ant. ideo q.d latent plures actus libi Dei, colligitur ex Apostolo 1.ª ad
Corinth. 2. quae Dei sunt nemo novit nisi spiritus Dei. Ex propterea hec enim
denotat consilia Dei et decreta libera ad providentiam pertinentia occulta
tacent Angelis: hac de causa inter S. Michaelem et Angelum Persarum
apud Danielem contentio fuit circa liberationem populi Iudaici: nam si volun.
lib.a Dei illis esset nota, procul dubio tali volunt. absque contentione paruissent
idque supponit S. Dion. c. 7. de diuinis nom.bus ubi docet Angelos
inferiores illuminari a superioribus in ordine ad cognoscenda diuina consilia. quod expectat doctrina S. Thom.
1. p. q. 12. art. 10. in fine ª et corpore eiusdem q. 10 4 art.
5. corpore —

Ut salvatur hoc argumentum aliquot dicta premittenda sunt. 1º certum est q. Beatum latent plures
actus liberi Diuini et plura ex ijs, quos Deus circa sui
dura contingentia decreuit. probatur: nam cum pertineat
ad dominium libertatis ut possit decreta libera

possit agens liberum abscondere ab aliis equalibus, et inferioribus. Ut patet in Angelis et hominibus, qui sua consilia et decreta ab Angelis et hominibus ut potest inferioribus abscondere quod aut recepta quam plurima celaverit patet quia Angeli Beati plurium decretorum Dei nescientiam prae se tulerunt, ut S. indicavimus. Deinde nam si omnia decreta libera Dei beatis innotescerent ab illis cognoscerentur infinita omnia scilicet praeterita praesentia et futura contingentia, quae infinita sunt et sine illis decreta libera neque possunt esse neque cognosci ut S. ostendam; sed quae est falsum quod Deus sit falsum probatur nam S. Tho. 3. p. q. 10 art. 2. corpore et ad 2um soli animae Xpti Domini horum omnium cognitionem attribuit. Deinde quia beati solum vident in essentia Divina eas creaturas existentes, quae pertinent ad ipsorum statum ut ex S. Th. 1. p. q. 12 art. 8. ad 4um ex ratio sensu negari docere 10 et aliis ostendam disp. 6. At hos terminos decretorum liberorum Dei neque omnia ejusmodi decreta ad perfectionem et quietem status cujuscumque beati pertinent —

2o dico certum esse beatis ignotescere plura decreta Divina eadem certitudine qua illis innotescit plurimi effectus contingentes creati, qui possunt existere sine actibus liberis Divinis — 3o dico hos actus liberos videri a Beatis per visionem beatam in essentia Divina. ita Suar. lib. 2. de attrib. c. 29 Arrub. 1. p. disp. 2 c. 2. no 3. Vas. Nabarrate contrav. 90. § 9. Albeldo disp. 32. sect. 3. Heric. disp. 51. c. 2.

no

q. 12 . Fagun. q. 1. art. 8 dub. 10 n° 118 Gra
nado ttta 6. de visione disp 1. sect. 7 n° 45 Salas
ttg 1. 2. ttta 2. disp. 4 sect. 9 Card. Egydius lib. 5
de visione q. 11. art. 1. et alij, contra Vazquez 1. p.
disp. 50 c. 4 n° 23 Becanum 1. p. c. 9 q. 11. n°
4 et 5. et Lessium lib. 2 de summo bono c. 10 n° 78
asserentes haec decreta videri extra essentiam per se
relationes peculiares. —

Probatur ex SS. Patribus S. August. Tho.
S. lib. 2. de genesi ad lit. c. 8. et lib. 4 c. 29
et 32 et lib. 9 de civit. c. 22 et lib. 11 c.
29 ait Angelos cognoscere in Dei Verbo
ea quae fiunt extra Verbum satis indicat ea quae
sunt esse quae fiunt extra Verbum
nam in Deo nihil cognoscunt Angeli nisi per visionem.
Similiter S. Ber. lib. 5 de consid. ex illo psalmi 26
Ut videam voluntatem Dni, sic ait quid mihi videre cor
Dei? quod mihi probatur quae sit voluntas Dei. Idem dixerat
autem id in Verbo cognosci a beatis — ac ratio
consilium seu mandatum de decreto SS. S. Laurentius Just.
lib. de casto connub. c. 19 et S. Tho. 1. p. q. 12
art. 5 docent generaliter omnia, quae videntur a beatis
videri in speculo divinitatis et in rationibus aeternis seu per visionem
beatam — Probatur 2° ex ratione art. praecedenti ostendi
reliqua praedicata divina absoluta et relativa a beatis
videri in Deo per visionem beatam, et disp. 6. ostendam
eodem modo videri creaturas et eodem modo alia liberos
divinos intuebuntur cum alia libera dicant in recto aliquid

Increatum et divinae essentiae nam sicut Deus sed ipsis
et rebus quaequae attributa est per visionem osten
dere ita etiam nos aliis liberis in ipsis ostensione
nulla peculiaris repugnantia apparet, ergo

4.o dico quod videantur potius hi aliqui liberi
quam alii provenit ex eo quod essentia divina per volun
tatem Dei potius hoc quam illo modo applicetur ad
producendam hanc potius quam illam visionem horum
rerum liberorum Dei et non aliorum repraesentativam.
hoc probabilius est probationem quae eius remitto ad
disp. 6. Vel in hanc applicatur diversa essentiam quod
potius hi quam illi creari per visionem repraesententur
cum non essentia divina quatenus est ex se sit speculum
aptum repraesentare res creatas ut loquuntur aliqui. Ve
ro non ergo ex aliis latius quod in hoc speculo
potius hi quam alii creari manifestentur provenit
ex eo quod speculum voluntarie hoc vel illo modo ap
plicatur aut aperiatur; et idem censendum est de
aliis liberis divinis, qui non intelliguntur Deum red
dere volentem hoc vel illud nisi intelligantur per eosdem
veluti numero hi idem constituta physice extra Deum.
non judico improbabile repraesentationes diversorum aliorum
per visiones provenire ex diversitate materiali lumi
nis determinate inclinantis ad visionem huius aliorum
et non aliorum, sed quod ea diversitas materialis luminis
asseritur sine fundamento et inventa est ad hanc diff

f

et eundem cum non sit necess. ad eam luminis
diuersitatem recurrere, ideo minus mihi probatur media
luminum diuersitate hanc difficultatem dissoluere. Ipsius
fundam.a refferam et refellam disp. 6.

Quod dico ex eo quod lateant per visionem beatam
aliquot actus liberi diuini non sequitur quod lateat aliquid
existens formaliter in Deo. Hoc dicto plene satis
fit arg.o supposita sententia quam sequuti sumus disp. 5.
de volunt. Dei circa quam ex qua actus liberi diuini ille
non consistit in volit.e intrinseca Deo, quae eadem est
cum volit.e necess.a Dei eadem quae et indiuisibilis
ut talem mutationem physicam ad extra v.g.
creationem mundi, est actus liber quo Deus voluit creare mun
dum et eadem ut circa incarnationem est actus liber quo
Deus voluit carnem assumere et sic de reliquis actibus
liberis diuinis quorum singulis respondent singulae mu
tationes physicae vel positiuae vel negatiuae. ita ut posi
ta mutatione extrinseca absque illa noua forma
volit.e intrinseca Deo denuo intellecta intelligatur
Deus talem mutationem liberè volens et eadem mutatione
non posita vel ablata quin pereat in Deo aut de
ficiat illa formalitas intrinseca intelligeretur
Deus eam liberè non velle. At positiuè velle exigne
gatur. Cum quod eadem formalitas volitionis intrin
secus in Deo intelligatur adaptari ad diuersas de
terminationes liberas per diuersitatem connotati, et def
ficiente connotato adhuc eadem nulla ex parte

diminuta intra Deum intelligatur, singuli beati
eam formaliter videbunt, cum omnes videant volitionem
Dei necessariam imo et volitionem (seu formalitas ut distincta) quod Deus aptus est velle liberè quaecumque objectum et
quod Deus reapsa vult objectum liberè. Unde ex eo quod eadem
formaliter videat ut se extendit ad talem mutationem
extra Deum atque adeo ut est talis actus liber nihil
novum intrinsecum in Deo cognoscit, ergo talem exten
sionem non cognoscat (quae est praecisè non cognita ut
emanante a Deo) eandem non cognoscit talem actum
liberum, sed nihil formaliter existens in Deo ignorat,
sed solum extensionem et quasi formalitatem [illegible] in
principio volitionis jam cognitae cum tali actu seu
emanationem externam quae extensio actualis seu non extensio
ad actus externa intelligitur absque mutatione intrin
seca Deo et absque respectu reali peculiari ad
actiones externas et sic contra vera. Admiror facile intel
ligitur quo pacto possint plures actus liberi latere beatos
quin lateat quidpiam formaliter existens in Deo.

Hoc autem non ita intelligitur in sententia casu
aliorum qui dicunt actum liberum addere supra ne
cessarium formalitatem seu extensionem seu modum intrinsecum
ipsi Deo aut volitioni increatae, quae potuerit esse
et non esse in Deo; qui enim ignoraret aliquem actum libe
rum Dei ignorabit aliquem modum seu forma
litatem seu extensionem intrinsecam volitioni increatae. Sive

tertia

serea Herice et alii DD. q. ostentose cla-
mant praecisso quovis connotato extrinseco intel-
ligi in Deo intrinsece completam rationem actus liberi,
quam Herice appellat actum liberum quoad sub-
stantiam, quin sit habenda ulla ratio connotati extrin-
seci ad rationem completam actus liberi in quantum
liber est, (esto habenda sit ratio connotati ad efficaciam
actus) plane fateri debent nullum esse actum
liberum Dei completum in ratione liberi, quem non cognos-
cat quilibet beatus ne ignoret quod formaliter existit
in Deo, atque adeo quilibet sciet quod Deus decre-
verit circa eventum ... circa singulos actus liberos quod
ignorare posset sine connotatis ex decretis efficacibus.

7. Si

Quod si dicerent hi authores scire quemlibet bea-
tum idem sufficiens est ad hoc ut Deus circa singula
efficaciter et libere aliquid decernat, sane ille beatus
non dum intelligeret scire quod Deus libere decre-
verit, ad quod se libere determinaverit, donec in-
telligatur effectus ad extra, sic licet debet cognosci ad
sciendum quod Deus libere decreverit, sed necessarius est talis
connotatus ut intelligatur liberum decretum Dei, sed in me-
dio hujus dicti in mea sententia nihil novum intrinse-
cum in Deo cognosci ex eo quod cognoscatur actus liber
Dei, neque hoc ignorato, ignorari aliquid intrinse-
cum Deo.

Ex quibus doctrina facile evertuntur quae ...

afferri. disp. 6. metha. sect. 6. § 82 et 83. At
videtur latere aliquid intrinsecum Deo ex eo, quod lateat
aliquis actus liber divini, nam actus liber, quando
cognoscitur in eo, cognoscitur illius effectus, et hic la-
tet, dum non cognoscitur actus liber Dei; sed tunc co-
gnoscitur essentia Dei, quae illud liberum in qua cognoscendum
erat effectus, et erat intrinsecum Deo et distinctum
ab essentia, quia aliquid intrinsecum Dei distinctum ab
essentia latet beatum —

R. quando latet actus liber Dei totum
intrinsecum Deo et volitioni increatae evidenter
cognoscitur a beato; quando vero patet actus liber,
patebat cognoscitur effectus ad extra, et in essentia et in
volitione Deo intrinseca, quae utraque meliore visione
cognoscitur, et ita penetratur, ut in ea videatur talis
effectus, sed haec maior claritas cognitionis essentiae et
volitionis divinae non obstat, quominus detur alia inferior
claritas, qua eadem essentia et volitio cognoscatur non
cognito illo actu libero aut effectu ad extra, et
sic salvatur, quod talis actus liber simul cum essentia divina sit
medium, in quo cognoscatur mutatio ad extra, quando clariori
modo penetretur, et non sit medium quando penetretur minus
clare quam sufficit ad hoc ut cognoscatur effectus —

Art. 13.

An possit videri essentia sine attributis et relationibus
aut unum attributum sine alio —

Sect. 1. praemittuntur aliqua et DD. sententiae —

2° supponimus ex materia de Trinit.e disp. 4. ess.a divina a relationibus, et attributis, et attributa inter se solum ratione ratiocinata distingui, itaque attributa sint de adequato quidditativo conceptu essentiae, et haec de quidditativo conceptu adequato attributorum, similiter attributa inter se ita differunt, ut aliud pertineat ad conceptum adequatum quidditativum alterius. Tandem ess.a est de conceptu quidditativo relationum et personalitatum divinarum quamvis relationes sint extra conceptum quidditativum essentiae, in quo identitas inter ess.am et attributa stat optime distinctio rationis ratiocinatae penes explicitos conceptus obiectivos, nam conceptus ess.ae non explicat neque per se fert attributa neque attributa essentiam quamvis haec implicite ita claudat in illis et illa claudat, ut haec nequeat penetrari omnino nisi intra ess.ae quidditatem attributa reperiantur.

3° quando inquirimus an possit ess.a sine relationibus aut attributis et haec sine ess.a et unum attributum sine alio intuitive et quidditative cognosci triplex potest esse quaestio, in his sensus et in ea latens difficultas. 1° an possit videri visione intuitiva perfecte et adequate quidditativa, qua evidenter cognoscatur tota quidditas ess.ae divinae et attributi divini. 2a. 2° an possit videri ess.a sine attributis 2a visione quae quamvis sit intuitiva et evidens sit tamen imperfecte quidditativa ita ut non tota quidditas, neque omnis formalitas intrinseca et essentialis illius explicite cognoscatur. 3° an quamvis sit possibilis haec visio intuitiva et imperfecte quidditativa sit dispensata ad hominem et angelum beatificandum.

His positis non difficile possunt in concordiam vocari sententiae doctores maxime inter se dissidentes quae perplexi tum in duas sententias adversas dividuntur. 1a docet esse

impossibile ut essentia sine attributis et relationibus aut huius attributum sine essentia et aliis attributis videatur. Hanc sententiam afferunt S. Thom. 1. referendo et explicando Henricus, Scotus, Gab. Argentinas Aureolus, Soto, Capreolus et alii, quos late refferunt et sequuntur 1. p. q. 12. Valencia quaest. 6. ad 2. quaestio 3. Vazquez art. dub. 2. Ruiz disp. 2. Mol. art. 8. disp. 4. Vazq. disp. q. 3 c. 2. Suarez lib. 2. de attrib. c. 22 et 23 Salmanticenses art. 8. disp. 4 et 5. ubi Basilius dub. 2. Aguerre disp 49 sect. 2. Arrub. disp. 24 c. 4. Albeda disp. 32 sect. 1. et 2. Herice disp. 50 c. 1. et 2. idem tradunt Medina 1. 2. q. 4. art. 4. ubi Lorca disp. 13. Montesinos disp. 4. q. 5. et in 3. p. Cabrera q. 10 art. 2 disp. 5. et 6. Alvarez q. 3. art. 3. n. 5 et lib. in Heaux. disp. 129 n. 6. Ledesma de div. perfect. q. 8. art. 6. conc. 3. Enriquez lib. de fine hominis c. 20 § 2. ult. P. Vecanus 1. p. c. 9. q. 12 Ant. Perez certam. 4. scholas. c. 3 n. 4 et 5. Basilius Ponce 1 p. variarum q. 4 scholas. c. 5 §. 3. probatur. Albertinus tho. 1. princip. 1. q. 4 Theolog. n. 23. Lorinus 1. Joan. 3. Verguera. et Aegidius lusitanus 1. 2. lib. 5. de beatitudine q. 11. art. 4. § 3. conc. 3. docet hanc sententiam ut essentiae respectu attributorum tum, non respectu relationum. —

2a sententia judicat non esse impossibile in ordine ad potentiam absolutam Dei quod per aliquam visionem intuitivam videatur essentia sine attributis et relationibus, aut huius attributum sine essentia aut sine aliis attributis. Hanc sententiam do-

docent in primis quod secundum rem Legere existimant aliquam formalitatem absque ulla re existentem formaliter in Deo latere per visionem beatam. ita Paludanus, Argentinas, Ovandus, Palacios, Ferrara et Gallo, ille art. 2. sect. 1. relati. Praeterea eam docet Scotus 1. dist. 1. q. 2. verum solum loquatur de essentia respectu relationum, eademque est ratio de essentia respectu attributorum, eum sequuntur omnes ejus discipuli et aliqui nominales, Aurion, Mayronis, Bassolis, Tartaretus, Rada, item S. Antoninus et aliquos refferunt et sequuntur Gab. lib. 1. senten. dist. 4. c. 3. Silvest. 1. a. 3. tho. 1. [illegible] disp. 3 sect. 2. et 3. Hurt. disp. 6 meth. sect. 6 § 80. Gran. [illegible] 5. de visione disp. 5. n. 6. et quidem Lugo [?] Suarez 1 a 2 tho. 1 lib. 5. de beatitudine q. 4 art. 3. et 5 idem docet de essentia respectu relationum —

Sect. 2.a Ista controversia tribus conclusionibus disponitur

1.

1a conclusio: Implicat contradictionem quod essentia sine attributis aut relationibus, quod haec sine essentia, quod unum attributum sine alio videatur per visionem intuitivam perfecte et adequate quidditativam. ita DD. 1i sententiae quod praesertim de hac visione loquuntur et praecipue S. Thom. de quo non loquuntur DD. secundae sententiae sed de imperfecte quidditativa de qua agam in conclusione 2. neque contra hanc conclusionem potest esse contentio nisi tantum de nomine —

Probatur sive non per visionem perfectam quiddi-

itativa intelligimus eam per quam cognoscatur et pe
netretur quidquid quovis modo pertineat ad essentiam et quod
est obiective ut est in se; sed essentia Dei ut est in se a parte
rei non solum dicit praedicatum quasi specificum essentiae
scilicet intellectivum radicale sed etiam omnia attributa et
relationes secum identificatas. Similiter quodcumque attri
butum non solum dicit praedicatum proprium sed etiam reliqua
omnia attributa essentiam et relationes. idemque dicendum
de relationibus, quae ut singula illorum cognitione perfecte quid
ditativa cognoscantur debeat simul cum reliquis omnibus
secum identificatis cognosci. major supponitur ut certa mi
nor probata est disp. de Trinitate, et sequela est evidens.

Dico 2º fieri posse ut videatur essentia divina
intuitive cognitione quidditativa imperfecta et inadaequa
ta non visis clare attributis relationibus et personalita
tibus. Similiter unum attributum sine alio aut sine essentia
et relationibus et tandem relationes sine essentia aut attributis.
haec 2ª defenditur a DD. ac longe quae est satis recep
ta inter Thomistas et inter nostros DD recentes, nec
est contra S. Tho. ut explicabitur. probatur 1º ex ra
tione efficaci qua huiusmodi res aliquo accedentes pro
Dei absolutis solent roborari. nam in eiusmodi visione
intuitiva nulla datur ratio implicationis, quae satis probat
possibiliter non repugnare quod talis visio possit dari per potentiam Dei ab
solutam. Probatur 2º nam ad essentiam visionem intuitivam
et imperfectam quidditativam non requiritur quod clare et eviden
ter attingat quidquid formaliter est in eo quod includitur
in illo et realiter identificatum, quia quamvis non videan
tur

et clare attributa et relationes quae identificantur
essentiae et eis in illa includuntur, possent esse secundum
se ipsum explicite intuitive et quidditative cognosci:
Ad quod patet quia nihil aliud in Deo potest obstare, nisi
aut essentia cognoscens intuitivus et quidditativus, aut identitas
illius cum obiectis internis.

Hoc probatur in visione oculorum et aliis sensationibus
nobis externis. visio enim corporea intuitiva est coloris et tamen
per illam nullus intuetur clare omnia quae sunt a parte
rei identificata cum colore, quia non est de ratione cogni
tionis intuitivae, quod attingat clare omnia quae sunt identi
ficata a parte rei cum obiecto. minor haec probatur nam
in primis non intuetur praedicata omnia quae clauduntur in
colore scilicet ens accidens qualitas etc., multo minus rela
tiones praedicamentales identificatas cum colore et trans
cendentales quas habet ad Deum ut creatorem, ad causas
creatas ad alios terminos a quibus pendet, et qui a colore de
pendent aut distinguuntur. cuius rei inditium est quia
intellectus directus cognitione oculorum non determinatur
ad cognitionem claram, nisi tantum coloris, si concederemus reli
qua omnia praedicata conspici ab oculis et intellectu con
spici. quod dixerim ne contendam cum aliquibus qui existimat
per oculos non solum videri colorem sed rationes seu re
lationes transcendentales cum illo identificatos, si enim con
tendant ea omnia evidenter per oculos percipi, sane et cae
cos nos existimant quod contra manifestam experientiam id nobis
obtrudant; si vero tantum velint eam implicite et confuse
cognosci, nihil efficiunt contra nostrum intentum, cum illud

ori intendamus posse scilicet esse Dei videri clare non
visis clare attributis aut relationibus, et cognoscitur
possibile quia sicut per oculos corporeos color videtur clare
non visis clare aliis praedicatis cum colore identificatis,
ita esse Dei sine attributis Divinis —

Quod si propter hoc respondeat aliquis ideo per
oculos clare non conspici illa praedicata identificata cum
colore et videatur color quia illa praedicata non continentur
intra latitudinem obiecti potentiae visivae sicut color; at vero
praedicata divina continentur intra latitudinem obiecti in-
tellectus: contra est 1.a confirmatio nam sicut color con-
tinetur intra latitudinem obiecti oculorum cur non etiam reliqua prae-
dicata coloris? contra est 2.a confirmatio nam species co-
loris et figura et secundum adversarios continentur intra la-
titudinem obiecti oculorum aliquando et latet ratione distan-
tiae et tunc revera videatur clare aliquid pertinens
ad obiectum potentiae visivae ut patet quando aliquid vide-
mus a longe quin discernamus quem colorem, quamve
figuram habeat, ergo eodem modo possunt latere
aliqua praedicatum divinum visis aliis, et omnia sunt intra
latitudinem obiecti intellectus. contra est 3.a confirmatio
nam sicut non obstat identitas inter plura praedicata
ne possit unum esse obiectum potentiae visivae et non alia; ita
identitas praedicatorum divinorum non obstabit, ne unum
sit obiectum alicuius actus visionis et non alterius, et reliqua
contenta sub obiecto intellectus non possint esse obiectum illius
visionis quia poterit esse Dei videri et attributa praeter talem
visionem

visis neque videantur neque possint videri —

Prob. 2° idem ang. exemplo potentiae obedientialis allato art. 2. sect. 4. nam ut ostendimus Angelus per vires naturae cognoscit intuitive et quidditative imo et comprehensive substantiam naturalem atque etiam non cognoscit evidenter et clare potentiam obedientialem saltem secundum rationes materiales illi intrinsecas, per quas determinate respicit hos et illos terminos supernaturales in particulari; ergo potest cognosci quidditative et intuitive essentia divina non cognito evidenter aliquo divino attributo, seu relatione. Consequentia probatur nam sicut potentia obedientialis per determinate respicit talem terminum identificata est cum eadem ratione differt secundum conceptum objectivum ab eadem potentia per respicit alios terminos, ita essentia divina a suis attributis et relationibus —. Dixi non cognosci ab Angelo potentiam obedientialem saltem secundum rationes materiales nam forte Angelus cognoscit rationem specificam potentiae obedientialis, quatenus cognoscit quamlibet creaturam habere obedientiam respectu creatoris ad ea, quae non implicant contradictionem, ad quam cognitionem evidentem habendam non opus est ut cognoscatur ullus terminus supernaturalis in particulari. Dixi etiam non cognosci evidenter eas rationes materiales, nam dubitari non potest, quin eas cognoscat confuse et implicite —

Probatur 3° 2i nam ex eo quod videatur essentia divina intuitive aut quidditative non postulatur ut cognoscantur attributa et relationes; nam 1° ad rationem quidditativi non requiritur, ut omnes quidditates, quae sunt in entitate

objecti repraesentet, magis tamen quando est perfecte comprehensiva
id sufficiat ut clare exprimat quidditatem illius partis
objecti, vel objecti inadaequati, quod repraesentat. Deinde
ad rationem intuitionis, solum requiritur ut repraesentet
objectum ut praesens et existens idest dependenter ab
ejus existentia. Tunc sic arguitur: fieri potest ut essentia divina
secundum inadaequatam rationem qua distinguitur ab attri-
butis et relationibus, repraesentetur inquantum existens
et ita dependenter ab existentia, ut si non existeret
non repraesentaretur. Item fieri potest ut per talem cog-
nitionem percipiantur evidenter omnes perfectiones dicta prae-
dicata, quae constituunt quidditatem essentiae secundum rationem
illius explicitam, ergo talis cognitio essentiae sine attri-
butis et relationibus erit intuitiva et quidditativa

Probatur quod privatim essentia sine relationibus
et relationes sine essentia videri possint, quia obstante non-
ma identitate reali essentiae cum relationibus fieri potest ut
essentia divina videat pluribus personis non vero relatio personae
hic ut relatio communicatur in filio non vero essentia, ut eadem re-
latio filii hypostatice unitur immediate cum natura
humana non vero essentia divina; tandem ut haec essentia pro-
ducat visionem beatam per modum speciei non vero attribu-
ta et relationes, ergo fieri poterit ut videatur
essentia non visa relatione et e contra. Idemque probatur
nam eadem videtur ratio in essentia et relationibus respectu
cognitionis, imo potior videtur ratio pro nostro intellectu
cujus proprium est absque illa fictione adunata

et

et identificata præscindere. Min. vero et actio. visi-
tationis præcisivam non habent, sed potius terminantur
ad res ut sunt in se materialiter et entitative.
Hæc vis torsit et detorsit adversa-
rios in varias solutiones. alii confugiunt ad naturam
cognitionis intuitivæ, quæ fertur ad objectum ut est in
se absque præcisione; Alii ad infinitam perfec-
tionem Dei, propter quam datur communicabilitas naturæ existentis
et non [illegible] relationis: neque productiva et termina-
tiva [illegible] unius et non [illegible] alterius. sed in utraque solu-
tione petitur principium quare eadem perfectio Dei non possit
esse in causa propter quam videatur unum prædicatum
Divinum non visis aliis. Præterea unde nam scitur
eam esse visionis intuitivæ naturam ut non posset
terminari ad objectum quin terminetur evidenter
et explicite ad omnia, quæ cum tali objecto sunt iden-
tificata. alii respondent longum esse discrimen
nam in 1° exemplo essentia videtur et non relatio quia
hæc est incapax communicabilitatis, in 2° relatio producitur et
non essentia quia hæc est incapax terminandi productionis
in 3° relatio personalis verbi unitur hypostatice
et non essentia quia hæc est incapax unionis ad naturam crea-
tam, tamen in essentia videtur ut species et non relatio, quia
hæc incapax est producendi neque non relationes [illegible]
productivæ. At omnia quæ sunt formaliter in
Deo habent capacitatem passivam et intelligibilitatem
quia possint terminare visionem intellectualem, unde

cum visio terminetur ad rem ut est in se absque
ulla præcisione; quod quod est visibile in obiecto increato
representabit; id.

Sed contra est 2a confirmatio nam etsi datur in
capacitas in relatione v.g. ut representetur
evidenter per visionem intuitivam essentiæ, quæ sit in
perfectione quidditativa et ratione hujus incapacitatis
poterit latere relatio et non essentia sicut ratione inca
pacitatis non videtur relatio sed essentia et contra. Contra est 1a
confirmatio nam sicut non obstante identitate reali potest
dari ea incapacitas ad unionem essentialem, vel videatur
ratione unius et non ratione alterius præs dicat Divini, ita
absque impedimento ejusdem identitatis fieri poterit
ut non penetretur clare una perfectio increata, quando
alia videatur. — Contra est 3a confirmatio nam
perfectio visionis beatæ procedit ex applicatione majorem
majorem et minorem essentiæ per modum speciei factam
per voluntatem divinam et quoniam voluntas divina
connaliter applicat essentiam adequate, ut se ipsam et
omnia, quæ sunt formaliter in Deo manifestet, posset
Sol. tamen ex lege extraordinaria applicare ut se solam
et non attributa neque relationes et ut attributa sola et
non relationes representet per modum speciei etsi omnia hæc
habeant intelligibilitatem passivam, confirmatur probatur nam sicut non
obstante continentia quæ est essentia necessario continet creaturas possibiles
in esse entis et in esse intelligibilis potest applicari essentia
ut

ut determinet ad visionem hanc tantum et nullius creaturae et horum et non illorum possibilium, ita etiam ut determinet ad visionem divinitatis tantum, et non attributorum neque relationum.

3a conclusio visio imperfecte quidditativa Dei non sufficit ad perfectam beatitudinem relate tamen ad imperfectam modo explicando sect. 4 in 1o arg.

Sect. 5. aliqua ex doctrina tradita inferuntur

Pro consummatione eorum quae dicta sunt infertur 1o quando diximus in 1a conclusione unam formalitatem Dei intrinsecam videri posse sine alia intelligi sine alia cognita solum intuitive sed etiam sine alia cognita evidenter abstractive, nam rationes omnes probant absque illa notitia evidente alterius attributi et formalitatis intrinsecae cognosci a nobis posse intuitive et quidditative essentiam et aliam formalitatem.

Infertur 2o in conclusione 2a solum asertum esse posse videri essentiam sine attributis aut attributum unum sine alio; non tamen aseritum simpliciter quaelibet perfectio aut formalitas Dei intrinseca posset videri sine alia saltem abstractive nam in essentia et aliis attributis aliquot formalitates sunt quae non possunt videri nisi cognoscatur evidenter alia exempli gratia essentia divina in quantum radix attributorum et relationum secundum conceptum praecisum talis respectus ad attributa et relationes non cognoscetur evidenter sed solum conclusive per visionem quae videntur essentia sine attributis et relationibus evi-

denter cognitionem ut cognoscatur evidenter secundum respectum radicis ipsius est ut cognoscantur evidenter saltem abstractive attributa et relationes nam ex dictis art. praeced. sect. 4. et 5. implicat ut evidenter videatur respectus in quantum respectus quin eadem cognitione saltem abstractive cognoscatur evidenter terminus, nam in hoc sensu dixit Philosophus c. ad aliquid quaecunque relativa esse simul cognitione.

Infertur 3° aliquod esse attributum aut quasi attributum, sine quo saltem abstractive cognito non potest essentia videri intuitive. Illud autem est existentia, modo haec sit propria attributum modo perfectio pertinens ad conceptum essentiae. Probatur nam de ratione visionis intuitivae secundum omnes est, quod obiectum per illam attingatur ut existens et dependenter a tali existentia, ergo ut videatur essentia divina intuitive opus est ut cognoscatur in quantum existens. Idem proportionaliter dicendum est de reliquis divinis perfectionibus modo actualiter existant per existentiam simplicem et propriam essentiae modo per existentias inadaequatas sibi proprias, sed de dubio huius illationis iterum sect. 5. ad 2am propositionem et 2i enthymematis argumenti.

Infertur 4° personam divinam non posse videri quin videatur essentia divina, nam est quae persona secundum hoc dicit naturam intellectualem in suo recto explicito ergo si quidditative videatur persona divina videbitur

non

non solum proprietas personalis sed etiam natura divina, si de re. Si vero sermo sit non de persona divina adaequate sumpta in concreto nec de abstracto a tota illa desumpto sed de proprietate formali seu relatione subsistente secundum conceptum explicitum, ea plane videri posse non visa essentia aut attributis D.D. nostri communiter fatentur, quod ita intelligendum est, quod personalitas, & relatio Verbi aut Filii inquantum talis non possit intuitive cognosci, nisi evidenter saltem abstractive videatur intelligens divinus, & alia confuse videantur, quia relatio filiationis inquantum talis in suo conceptu absoluto essentialiter et quidditativo privatim connotat esse divinum intellectum. Similiter spiratio passiva propter eandem rationem non potest intelligi sine volitivo et volitione: Paternitas sine intellectivo et intellectu et denique spiratio activa sine volitivo et volitione, infertur ——

Infertur 3.º nostra doctrina intelligendam esse de visione intuitiva et quidditativa, nunquam sine alio, modo illa sit apprehensiva, modo judicativa; neque enim placet modus loquendi Scoti P. quod asserit non posse notitia apprehensiva cognosci essentia sine attributis et relationibus, recte tamen cognitione judicativa: nam et visio quod de facto videt essentiam cum attributis et relationibus, habet perfectionem non solum apprehensivam sed etiam judicativam et illa quae videt videret essentiam sine attributis et relationibus respectu sui objecti eundem modum perfectionis haberet ——

Sect. 4. 2us argumentum desumptum ex eo quod visio essentiae sine

attributis et attributorum sine essentia non beatificaret,

Obj. 2º obj. 1. 2ª 2 3 scilicet saltem in possibili
videri essentiam sine attributis et relationibus neque hanc
sine essentia neque unum attributum sine alio, quatenus
sufficiat ut per talem visionem homo et Angelus bea
tificetur. Et illa visio est impossibilis saltem ut bea
tifica. Ans probatur 1º nam creatura rationalis solum
beatificatur per visionem et consequutionem summi boni
sed neque essentia sine attributis et relationibus, neque
sola attributa aut relationes et multo minus unum
attributum sine alio est summum bonum cum non dentur
plura summa bona et illa visio imperfecta non bea
tificaret. Probatur 2º nam visionem illam imperfectam
non sequeretur amor necessarius Dei neque impe
ccabilitas neque aliae affectiones beatitudinis et
non beatificaret. Probatur 3º nam Deus ut est in se
est ultimus finis et beatitudo objectiva creaturae rationalis
sed ad conceptum Dei ut est in se pertinent attributa
et relationes et etiam ad rationem beatitudinis nostrae objec
tivae. Probatur 4º nam hoc dicunt supponunt tanquam
certum S. Tho. et omnes DD. veteres quos late refe
runt et sequuntur Vazquez 1. 2. disp. 15. c. 2. Vid. Lor
ca disp. 15. memb. 1 et quod attinet ad membrum 2º Arri
ba[?] disp. 4. sect. 2. nº 10 et sect. 3. nº 31.
et Fr. Montesinos disp. 4. q. 5. dub. ult. Aegydius lib.
5. de visione q. 11. art. 4 et 5. [?] q. solum postulat visionem
essentiae

essentiæ et attributorum ad beatitudinem relationum. Alnelda 1. p. disp. 3. sect. 2. nº 11. et Suarez 9. 12. art. 8. disp. 3. nº 4.

Circa hanc difficultatem Gravina 1. p. tract. de visione disp. 6. nº 3. putat eam fortasse pertinere ad modum cognoscendi Egydius quodlib. 5. q. 24. art. 3. § 3. existimat relationes non pertinere formaliter ad speciem beatitudinis objectivæ. Scotus 4. dist. 1. q. 2. § quantum ad istum articulum docet solam essentiam pertinere ad beatitudinem objectivam, quem sequuntur Capreolus, Paludanus, Ledesma et Thomas. qui existimant cum Egydio Deum etiam quamvis sola essentia posset beatificare nonque solam relationem aut attributum. Tandem Thomas 1. p. q. 12. art. 8. disp. 4. nº 2. docet per visionem solius essentiæ formaliter et essentialiter creatura rationalem beatificandam si talis visio daretur. Ego ita censeo 1º cuiuscumque predicati divini visionem esse beatitudinem supernaturalem, sed imperfectam, quia per talem visionem assequitur homo et Angelus aut summum bonum aut aliquid spectans et pertinens ad hoc perfectum summum boni. sed illa visio qua possidere tale bonum pertinet ad felicitatem aliquam illius, qui media visione tale bonum possidet. Censeo 2º non cuiuscumque predicati divini visionem pertinere ad perfectam et consumatam beatitudinem v.g. visio relationis aut immensitatis divinæ quia non est assequutio totius summi boni. hæc etiam assertio est manifesta. Censeo 3º solius essentiæ visionem etiam sine attributis et relationibus sed ex spectata essentia aliter beare posse. Ratio est quia sola essentia confert formaliter

et specificam rationem visionis beatae ut art. 1. ostensum est, quod ex eorum non videantur attributa et relationes deesse in visione aliquid pertinens ad esse substantialem et materiale rationem non tamen quod specificam pertinens ad ejus perfectam specificationem sicut visio quae de facto datur formaliter reddit beatum, ita etiam illa quae videret essentiam sine attributis et relationibus quod [illegible] est Pater aeternus in illo priori in quo intelligitur ante filium et spiritum sanctum est perfecte beatus quod absque cognitione spirationis passivae, quae tunc non dum intelligitur, et absque cognitione filiationis — Confirmatur nam Divina natura tamen personalitate adaequaret illius tamen visione perfectissime beatum quod eo modo quod non eas relationes videantur. Confirmatur nam Deus est objectum beatificans in quantum est summum bonum et ultimus finis quod non secundum rationem essentiae sed secundum rationem unius attributi ipsius scilicet ratione bonitatis. Si prioritas a quo seu originis qua Pater divinus intelligitur filio non esse prioritas in duratione neque nostro modo intelligendi atque adeo non excludere [illegible] neque per rationem coexistentiae aliarum personarum cum Patre divino sine qua nullo modo potest Pater divinus cum fundamento in re intelligi quare in illo priori Pater divinus non est beatus sine cognitione intuitiva filii et spiritus sancti, et eodem modo nullus potest intelligi beatus essentialiter et complete sine cognitione relationum. Vide Herr. disp. 50 c. 2. n. 6 Gre-
nado

P. disp. 7. sect. 1. n.° 3. — Ad 2.^m resp. dato eo impossibili sicut Deus una persona divina esset completus ita esset complets in ratione summi boni et beatificantis; at modo sicut in ratione entis non est completus sine pluralitate relationum, ita neque in ratione summi boni et obiecti beatifici. Ad 2. resp. non dicitur Deus obiectum beatificum in quantum finis et summum bonum, quia sola bonitas beatificat, sed quia bonitas est conditio ex parte obiecti ad hoc ut beatificet. Vide 2.^a DD. art. 1. sect. 1. dub. 2. quare esse divina et solus Deus requiritur ad obiectum beatitudinis, etc.

His positis facile respondetur ad rationem dubitandi. ergo visio esset sine attributis et relationibus aut etiam unius tantum attributi non potest beatificare perfecte, concedo; visio esset et non posset beatificare essentialiter et visio cuiusvis alterius praedicati divini sine aliis non potest beatificare imperfecte, nego. Ad 1.^am probationem antecedentis respondetur quamvis non quodlibet praedicatum divinum sit summum bonum pertinet tamen ad consummationem et integritatem summi boni atque adeo illius visio est consequutio alicuius perfectionis spectantis ad beatitudinem. Ad 2.^am probationem respondetur concedendo totum quia visio unius attributi non inferret amorem necessarium nec reliquas beatitudinis affectiones cum non sit perfecta consequutio summi boni, et tamen esset visio essentiae etiam sine aliis, inferret amorem necessarium illius et forte reliquas affectiones beatitudinis, quia esset essentialis beatitudo formalis, neque est omnino impossibile ex visione unius tantum attributi inferri necessarium amorem illius et impeccabilitatem ei annexam. Ad 3.^am probationem respondetur ea tantum efficit visionem unius praedicati divini aut solius essentiae non esse completam et consu

matam beatitudinem. Ad quae probatur quia loquuntur de perfecta beatitudine, non de minus perfecta, nonne enim essentia et reliqui eidem relati conceduntur

Sectio 5. An quod desumptum ex ratione intuitivus et quidditativus visionis ~ . // ~

Obiicitur 1o visio divinae essentiae est intuitiva et quidditativa, sed cum utraque ratione pugnat, quod videatur essentia sine attributis aut relationibus, et attributa sine essentia, ergo hoc implicat; minor quoad ad eius partem de ratione intuitionis probatur nam de ratione visionis intuitivus est, quod versetur circa obiectum prout est in se; sed essentia divina est in se completa omnibus attributis et relationibus divinis, ergo haec omnia debeant videri per visionem essentiae intuitivam. major huius desumptus ab omnibus admittitur et praeterea S. Tho. 1. 2ae q. 3. 1. art. 8 ad 1um et 3. p. q. 9. 3. art. 3 corpore et lib. 1o Sententiarum dist. 1. q. 2. art. 2. ex loco beati videant Deum ut est in se, infert per eam visionem nihil eos latere, quod formaliter existat in Deo. Confirmatur 2o nam implicat per visionem intuitivam essentiae non videri eius existentiam, proprium enim intuitionis est quod versetur circa rem existentem ut existens est, ergo non potest sola essentia videri, confirmatur 3o nam eodem jure quo essentia non potest videri sine existentia, neque etiam videri sine subsistentia et aliis attributis essentialibus essentiam omnia enim pertinent, Ad complementum essentiae ut est in se.

Probatur 2o minor argumenti quoad 2am partem nam ideo visio dicitur quidditativa, quia penetrat totam quidditatem et essentiam obiecti; sed essentia divina in suo conceptu essentiali

et

et quidditativo claudit attributa divina et hic agimus
in eorum quidditate, clauditur quod non potest essentia quidditative cog-
nosci sine attributis et e contra —

Probatur 1o namque penetrare quidditatem est, ... cognos-
cere eius realitatem respectu plurium personarum, quod necesse
cognoscenti personas. Probatur 2o nam essentia divina secundum
suam quidditatem peculiarem est radix attributorum per rela-
tionem veluti transcendentalem ad illa similiter quodcunque
attributum et praedicatum divinum quidditative affert
eundem veluti respectum ad reliqua praedicata divina
cum quibus identificatur quod non potest sine reliquis praedicatis
divinis aliquid illorum quidditative cognosci sicut non potest cog-
nosci relatio sine termino. Probatur 3o nam si posset essentia
divina sine intellectu aut voluntate quidditative cognosci
posset etiam sine ratione entis sine veritate aut bonitate trans-
cendentali quia haec praedicata non asservatur in conceptu ex-
plicito essentiae sed hoc est falsum cum essentia non possit cog-
nosci nisi sub ratione entis veri quod neque potest cognosci sine
reliquis attributis ex eorum explicite ab essentia distinguuntur
... — Ad argumentum Respondeo negando minorem. ad 1um eius pro-
bationem Respondeo essentiam ut sic posse duobus modis accipi 1o pro
essentia cum his modis seu complementis, quae dicit in se. 2o pro
essentia praecise secundum praedicata quae in tali conceptu obiec-
tivo praecise clauduntur. Ad rationem quod notitia intuitiva
essentiae divinae v.g. non requiritur quod cognoscatur ut est in se
2o modo, alias ad rationem intuitionis corporis requireretur
quod clare repraesentaret omnia praedicata vel quae modo, quo

colorem obiectum possit visione videri aliquid in parte rei, et modis realiter et modaliter distinctis, quod nullo modo accidit, sed sicut si quod obiectum immediate per essentiam sui propriam determinet ad cognitionem sui, et sic per dictam rationem quae habet in se et sic posset determinare etiam immediate per se ipsum, quem determinat ad visionem attributorum et sic distinguis, neque S. Thomas adversatur, tum per non loquitur de visione beatifica per lumen gloriae naturaliter de facto datum atque adeo secundum potentiam ordinariam, sicut saepe asserit non posse videri Deum sine lumine gloriae scilicet secundum potentiam ordinariam ut plures etiam Thomistae fatentur.

Ad 2am partem respondeo etiam videri non posse sine existentia et hoc pertinere ad peculiarem naturam visionis intuitivae in tantum constat an ad rationem intuitionis requiratur ut ipsa existentia intuitive etiam cognoscatur an sufficiat ut cognoscatur abstractive, an ut nullo modo cognoscatur evidenter, neque abstractive sed sufficiat ut sit conditio se tenens ex parte obiecti, sicut veritas transcendentalis ex eo conditio, licet non cognoscatur dicitur requisitum ex parte obiecti intellectus etc.; ita fortasse respectu visionis corporeae existentia coloris ignota est, licet sit requisitum ut color videatur vis sensu existiment plures Thomistae ut Alvarez et alii quos refert disp. 7 de incarnatione art. 6 ab Angelis videri naturaliter et intuitive humanitatem Christi Domini licet non videat eius existentiam; putant enim eam humanitatem carere existentia creata et actuari per increata, quae illis naturaliter est ignota quomodo requiratur existentia, nihil infertur contra nos

nes, neq. n. inferetur ex intuit.e exist. requisitam ad
notitiam intuitivam esse, q. relq.a praedicata Dei vide
ri debeant, cum alia praedicata n. conducant ad facie
dam esse.a praesentem intellectui. Unde patet ad 2.a
confir. q. s. n. petitur q. pacto requirat. exist.a obj. ad cognit. in
tuitivam. Et quod ex s. DD. affirmetur esse probabile ego
crederim probabilius esse requiri exist. cognit. intuitivam
q.a aliter non cognosceret intuitive objectum ut existens, ne
que redderet praesens, et per visionem beatam in tenebris
neque complexu visionis apprehenderet ut bonum praesens et
possessum, neque per visionem corpoream latet coloris existen
tia. Vere n. repraesentatur per visionem color actualis et
existens. Humanitas etiam Xpi Dmi. intuitive cognosceretur
ut existens etiam per species naturales, q.a retinet suam exis
tentiam creatam ut in eo loco de incarnatione dixi.

Ad 2.m probat. minoris Rx de rone visionis quod
ditativae esse ut per illam evidenter cognoscantur oia praed
dicata, quae quidditatem obji constituunt. Si sit adequate
et perfecte quidditativa ut est visio beata oia, quae
constituunt quidditatem obji, ut est a parte rei; si vero sit
imperfecte et inadequate quidditativa solum illa prae
dicata quae constituunt quidditatem praedicati, q. objicitur in
tellectui. Quare oia praedicata divina saltem abso
luta essentialiter clauduntur in esse.a divina, si sermo
sit de esse.a divina secundum conceptum explicitum illius
ut sic formalissime n. dicit in sua quidditate explicita
attributa neque relationes divinas et ppterea potest

nec aliqua illius evidenter cognitus videri intuitive.

Ad 2um resp. Sicut non per cognitionem quidditativam Divinam Deitatis videatur ejus comunicabilitas, necesse cognoscatur evidenter Divinae personae quae est incommunicabilis, sed non intuitive, sed solum abstractive, ex visione enim intuitiva respectus non sequitur quod videatur intuitive terminus, sed ad summum quod cognoscatur evidenter abstractive. Unde patet ad 1. resp. duobus modis posse cognosci essentiam seorsim et attributa seorsim. 1o, ita ut cognoscatur intuitive ejus respectus veluti transcendentalis ad reliqua praedicata Divina, et tunc evidenter cognoscuntur necessario reliqua praedicata Divina, sed tamen abstractive. 2o ita ut cognoscatur intuitive quidditas essentiae et alterius praedicati, non tamen cognoscatur explicite respectus transcendentalis ad reliqua, sed tamen implicite, et tunc non opus erit ut reliqua praedicata quae sint termini talis respectus evidenter cognoscantur neque intuitive neque abstractive —

Ad 3am resp. Sicut cognitio quidditativa etsi inadequata et imperfecta penetrari clare omnia illa praedicata, sine quo tale objectum explicite cognitum non potest cognosci. Ad confirmationem Divinae essentiae Divinae secundum nostrum primum illius conceptum longe diverso modo reguatur [?] rationes entis et attributa transcendentalia entis scilicet veritas bonitas etc., quam quae proprie dicuntur attributa Divina ut intellectus voluntas etc.; sine his enim potest nostro modo intelligendi concipi essentia Divina non tamen sine ratione entis et sine praedicatis transcendentalibus entis. Un-

de

de pea visº ꝗ [a] d'itiativam poterit videri essª,
sine attributis n' tamen sine ratione entis et attributorum entis
quia illa attributa divina n' requiruntur ad conceptum
explicitum essentiæ; bene tamen ratio entis veritas et alia
attributa transcendentalia

Sect. 6. an quando desumptum evidenter essª cum attributis et relationibus

Obj. 1º ratio desumptum evidenter essª
cum relationibus et attributis, quam rationem non nemo putat
probabilem, sic formatur argumentatio. Visio intuitiva
repræsentat obiectum ut est in se quod implicat quod repræsen-
tetur essª sine attributis et relationibus aut unum attri-
butum sine alio. ans est ipsa definitio visionis in-
tuitivæ et probatur ex 1ª Joann. 3. dicitur de visione
intuitiva Dei videbimus Deum sicuti est. Prob. 2ª
dc nam essª in se ipsa est una et eadem simplicissima
entitas cum attributis et relationibus quod nisi videatur
essª cum attributis n' videtur ut est in se sed aliter,
nam in se n' est unum sine alio

Resp. 1º nam secundum hoc rationes et alij rationes uni-
versales n' possunt ut sic cognosci intuitive etiam si cognoscan-
tur cum existª et per propriam speciem, quia cognoscuntur ut
rationes præcisæ a singularitatibus et sine illis, atque adeo
non ut sunt in se sed solum abstractive. Resp. 2º nam ideo
divina essª videri nequit sine existª, quia identificatur cum
illa; sed eadem ratio procedit in reliquis attributis et relationibus
quod dc. Resp. 3º nam visio corporea non potest terminari ad

colorem sine existentia, sive ubi et aliis modis colorem assi cientibus cum quibus color ab illis ex natura rei distinguatur quia aliter non cognosceretur color ut est in se, et a fortiori si cognosceretur per intellectum essentia divina sine immediate aliis attributis quae idem sunt cum essentia non videretur ut est in se. Confirmatur 1° nam omnis cognitio praescisiva est abstractiva, sed illa qua videretur in Deo unum sine alio esset praecisiva et abstractiva, hoc autem repugnat quia talis cognitio ut potest tendens ad Deum ut est in se deberet esse intuitiva. Confirmatur 2° nam si per visionem videretur unum sine alio essentia sine attributis et e contra per visionem fieret distinctio rationis inter essentiam et attributa divina, nam ad hanc distinctionem faciendam sufficit quod cognoscatur unum sine alio at hujusmodi distinctionem fieri per visionem intuitivam nullus reddit quia cognitio distinguens quae sunt idem a parte rei non cognoscit ea ut sunt in se.

Ad hoc argumentum palmarium dico quod palmaria solutio distinguendo antecedens ut distinguit suarez et alii sicut primum est visionis intuitivae cognoscere objectum ut est in se id est secundum eundem modum et secundum easdem formalitates quas habet a parte rei et sic nego: secundum proprietates praedicata et per propriam speciem objecti, et sic concedo antecedens et nego consequentiam. ad ejus probationem dico ex eo quod essentia videatur sine attributis eam non videri aliter ac est in se si vox aliter denotet diversa praedicata ab iis quae habet in se concedo videatur aliter, idest non cognitis aliis, quae secum habet a parte rei. quod non repugnat cum ratione intuitionis. —

Ad 1am confirmationem dico rationes universales in quantum universales non posse cognosci notitia intuitiva quia ut

universali

universales abstrahunt a singularit[ate], et seque[stra]ter ab exist[enti]a, sine q[ua] nihil est capax terminandi visionem intuitivam; neque hoc modo dixi[mus] nos essentia[m] aut attributa videri posse secundum ratione[m] rei aut universales, sed inquantum singularia sunt et ex[istentia] ... ess[enti]a inquantum existens, c[...] inquantum existens ... eodem modo in hoc v.g. posset ... animalis ... ad singularitate[m] et exist[enti]a[m], inquantum dicit individuum generis (ut ajunt) posset inquam videri ab visione ... in q[u]a nulla est repugn[anti]a aut implicatio —

Ad 2[um] resp[ondeo] divina exist[enti]a non ideo postulat videri cum ess[enti]a et cognosci a vidente ess[enti]am divinam q[uia] identificatur cum ess[enti]a, sed q[uia] est conditio et modus pecu[li]ariter requisitus ex p[arte] obj[ecti] ad cognit[ionem] intuitivam, quo ... nullum aliud attributum nulla alia perfectio requiritur — Ad 3[um] resp[ondeo] ... per visionem corpoream repraesentari colorem ... et actualitatem illius et existen[tiam] ... non ... alios modos ... colorem ... ; ... ut ... videri ... saltem in ... rentia neque relationes ... multo minus ... modi ... videri per intuit[ivum] intellectum, praeterea Ange[li] per vires naturales intuitive cognoscunt humani[tatem] ... absque ... exist[enti]a, et in sensu ... absque exist[enti]a, ut ... de incarnat[ione] ... observavi, q[uo]d ex his modis non potest ... ad ... modos et praedicata identificata videre cognosci per visionem intuitivam

Ad 4[um] resp[ondeo] ... cognit[ionem] ...

esse abstractivam in hoc sensu quod per illam unum
praedicatum obiectivum quasi abstrahitur ab alio et
sine alio cognoscitur, non tamen esse abstractivam ut dis-
tinguitur ab intuitiva, neque oppositum ostenditur ab
adversariis, nisi tamen importune repetita ea propositione
quam saepe negavimus quod debeat intuitivae visionis quod
versetur circa obiectum ut est in se secundum omnes modos
quos habet secum identificatos a parte rei. Adde quod
eandem nihil efficax affert in hoc arg.

Ad 3um respondet Granado eadem disp. 3 n. 12 affir-
mat non esse proprie distinctionem rationis eam, quam faceret
intellectus qui unum cognosceret sine alio, quia ad distinctionem
rationis opus esset, ut cognoscerentur in Deo plura ut
singula et distincta; et propterea visio percipiens co-
lorem sine aliis praedicatis cum illo identificatis non dicitur
facere distinctionem inter ea praedicata. ego ita censeo in-
tellectum beati perfecte quidditative intuentem Deum
non posse per talem visionem distinctionem facere, quia per
illam percipit quidquid est in obiecto increato ut est a parte
rei simplex et unum. Sed negari non potest, quod obiectum ter-
minans visionem imperfecte quidditativam qua cognoscitur
essentia sine attributis et relationibus distingui ab obiecto
quod terminaret visionem attributorum sine essentia, quia obiectum
unius non est obiectum alterius; quae distinctio cum non sit
realis neque ex natura rei debet esse distinctio rationis
fateor quod aliquomodo simile reperiri in visione corporea
coloris; per eam tamen non fit proprie distinctio coloris a reliquis prae-
dicatis quae non videntur neque repraesentantur expresse per
visionem

visus; nam ad hoc opus esset ut potentia visiva perciperet cum quadam reflexione et eminentia, quae ita separaret rationem coloris ab aliis praedicatis, cum illa idem praedicatis, ut illam rationem repraesentaret aliis praedicatis quasi exclusis ab objecto visionis cum possent intra illum apprehendi; hoc autem non ita praestatur quia potentia visiva materialiter tendit ad totam illam entitatem ex determinatione speciei procedentis a tota illa entitate coloris, quamvis non quod tota est sed qua colore est, quod noster intellectus distinguit, ergo ad distinguat ex parte objecti potentia visiva non dum invenitur unum et aliud atque adeo neque distinctio inter rationem coloris et reliqua praedicata —

Sect. 7. arg.a quae supersunt —

obj. 1. S. Thomas 2.2 q. 2 art. 6 ad 3 et 3. p. q. 3 art. 3 corp. et 2° dist. 1 quest. 2 art. 1 ubi docet Beatum ex eo quod videat Deum ut est in se videre necessario omnia quae sunt formaliter in Deo supponens non posse videri unum sine alio. R. S. Thomam agere de potentia ordinaria et connaturali modum, quo essentia divina determinat per modum speciei — obj. 2° si posset videri essentia divina sine attributis posset videri sine bonitate haec enim cum sit quoddam attributum esse potest latere quamvis videatur essentia sicut possunt latere reliqua attributa; in quo non est peculiaris ratio diversa, sed falsum est quod possit videri essentia sine bonitate quae probatur minor probatur nam si non videretur bonitas non raperetur voluntas ad amorem essentiae haec enim solum amatur ut bona, et consequenter non redderetur impeccabilis beatus per talem visionem; sed hoc implicat nam visio essentiae divinae bonitatis est ejusdem speciei cum visione

quę de facto datur quâ bonitas attingitur cum essentia quia habet idem objectum formale et eandem speciem, ergo sicut hęc beat et necessitat ad amandum Deum, et ipsa eandem ita ergo visio essentię sine bonitate nam visiones ejusdem speciei easdem affectiones habere debent —

Respondeo ex dictis sectione ... sicut non potest essentia videri intuitive et quidditative sine ratione entis et veritatis transcendentalis, ita neque ratione bonitatis, quia hęc prędicata pertineant ad speciale constitutivum essentię divinę, nam quamvis veritas et bonitas sint affectiones, quatenus sunt affectiones methaphisicis connotantes rationem entis et in suo conceptu afferentes ipsum ens cujus sunt affectiones ut in methaphysica docui disputatione ... Ideo veritas et bonitas essentię divine non differunt quoad formalitatem intrinsecam ab essentia divina, neque hęc inquantum essentia sine illis potest intelligi; at intellectus immensitas et alia Dei attributa sunt extra conceptum explicitum essentię Dei et similiter unum attributum extra conceptum explicitum alterius ad 2um —

Sed 2o quamvis posset cognosci essentia intuitive sine bonitate talis visio non esset ejusdem speciei cum visione quâ de facto videtur bonitas, quia licet realiter habeat idem objectum formale ejusdem quoad essentię rationem per modum speciei esset visio minus clara, quandoquidem non repręsentaret bonitatem Dei, neque penetraret essentiam quantum sufficeret ad bonitatem repręsentandam diximus n. ... disputatione ... ratione majoris et minoris claritatis posse eandem divinam essentiam ad meliores et deteriores visiones speciei

diversę

diversas ex Divinæ voluntatis applicat. determinari
hoc autem posito mirum non est si visiones specie diversæ
diversas affectiones beatitudinis inferant atque adeo
visio essentiæ sine bonitate non inferat amorem et impecca
bilitatem quæ sunt affectiones beatitudinis.

Verum ut videas quam non premamur gravitate
hujus rationis, 1º addo quamvis illæ visiones essent ejusdem
speciei, saltem materialiter differrent, ratione cujus
materialis diversitatis, quia per visionem non repræsentantem
intuitive bonitatem cum essentia et ejus attributis, nihil omnino
bearetur homo essentialiter, quia per illam visionem vere
Deum teneret et possideret: non tamen redderetur necessario
amans Deum, neque ratione amoris impeccabilis; (nam aliunde
posset impeccabilis reddi si per visionem diceret nihil
ratione adversum esse amplectendum) defficiente aliqua
affectione beatitudinis et perfectione pertinente ad illius
complementum quamvis non ad illius essentiam; mirum autem non est quod eadem
species in aliquo individuo ratione perfectionis materia-
lis et accidentalis et defectu illius careat aliqua
affectione propria illius speciei et etiam aliquo complemento ma
teriali illius; et hoc pacto multis et convenientia na
turalia aliquando ratione alicujus perfectionis materia-
lis peculiaris, et alicujus defectus indispositionis et.
causæ, carent proprietatibus sibi debitis. Ut hoc ant egro
solent sensibus aut phantasia, aut aliquibus membris cor
poris capti generari quia habeant naturam specificam

56. 6. Ad postulatum attributum et relatio vide

n' sine ess^a ad eam visio determinaret p modum spei
et ess^a Divina et ipsum attributum aut relatio et,
spes impressa creata nullo n. alio modo determina,
d' superest, ergo quod dicatur est impossibile quod eo videri
possint haec sine ess^a. minor probatur nam in primis ess^a
Divina n' pt determinare neque ut objectum formale
neque ut spes tunc ergo visio attributi sine ess^a, esset
diversae spei a visione essentiae quod n' posset habere idem
specificativum scilicet ess^a, tunc etiam ergo si ess^a deter
minaret ut spes et objectum formale, videretur simul
cum attributo, sicut modo videtur ex eo quod determi=
net ut spes; at supponimus illa [illegible] n' visa videri
attributa et relationes 2° ipsum attributum et relatio
n' pt gerere munus spei, tunc ergo id authores aliter ne
gant, tunc etiam ergo relationes et attributa ferre deberent ni
hil habent activitatis ad producendam visionem loco spei;
alias visio procedens ab una relatione tum tanquam ab
spe n' esset ess^a nec toti Trinitati; at nihil ad extra est
quod non aliter procedat a tota Trinitate. tunc praesertim ergo
attributa et relationes n' concurrunt de facto ad visionem
quod illis n' est virtus ad concurrendum, sequela probatur nam si ines
set talis virtus eam de facto exercerent ne frustra
inesset; imo si inesset ea virtus sufficiens per modum spei
n' possent per ess^am divinam reddi intelligibilia ergo sequeretur
dari attributa et relationes se ipsis esse et n' esse intel
ligibilia. 3° denique n' possent determinare media spe
creata, nam cum sint perfectiones infinitae et summe
intelligibiles n' possent proportionari aut reddi intelligibi
les

les per speciem creatam —

Respondendo maj. et negando minorem, ad cuius probationem Respondetur ex eo excludi esse Divinam non concurrere cum specie, nisi quando ipse videatur, et cum attributis et relationibus et sine illis, et cum aliquo eorum sine aliis, ut fieri potest per applicationem maiorem et minorem a voluntate Divina convenientem; atque quando attributa videntur sine essentia, haec non determinat ut species, quia non vult Deus. quod vero tangitur de dissimilitudine specifica, sic distinguendum est. Visio essentiae sola distinguitur a visionibus attributorum tantum, et horum visiones inter se solo et ratione obiecti formalis et ratione speciei determinantis. Visio vero essentiae cum attributis et relationibus, differret saltem materialiter et individualiter a visione essentiae sine attributis illis et aliquibus et probabile est quod differat etiam specie quamvis oppositum non sit minus probabile —

Ad 2am probationem Respondetur quando videretur attributum et relatio sine essentia, sat est probabile ipsum met attributum et relationem speciei vicem gesturam, et determinaturam ad visionem sui, applicatae voluntate Divina per concursum effectivum, sicut et illud attributum quod videndum est. Authores qui id negent loquuntur de potentia ordinaria. Granado id concedit, nam quamvis ea attributa et relationes activitatem non habeant ad alios effectus ad extra, recte tamen per modum obiecti et speciei, et ideo sicut inest illis intelligibilitas, ita et activitas. Simile reperio in actibus nostri intellectus, quibus inest virtus ad producendas species sui in intellectu ad spiritum memoriae, licet non habeant vir-

illius ad alios effectus ad extra. Similiter quod magis sibi illius quam alteri ad alios effectus non ad imprimendam speciem sui in oculis. ergo magis minus species quod licet generat relationem non sit de toti Trinitati, reddit tamen ipse effectus visionis, quod a tota Trinitate, per voluntatem et speciem concurrente producitur.

Neque inconveniens est quod illud principium quod proportionatum est ad aliquem effectum, possit cohibere ab effectu effectus alio pro loco illius substituto; utrumque tamen principium debet esse subordinatum aliquomodo liberae voluntati; sicut essentia divina et substantia Angeli modo per se ipsam modo per speciem impressam accidentalem absque ullo incommodo potest determinare quod similiter relatio paternitatis v.g. modo per essentiam modo per se ipsam per modum speciei poterit determinare. ex eo autem quod ea virtus secundum legem ordinariam cohibeatur non frustra inest, quia per meliorem virtutem est suppleta, ergo quod virtus motiva per modum speciei est secundaria perfectio, quae desequitur entitatem aliquam in suo esse non frustra constituta; similiter virtus ad movendum intellectum per modum speciei creditur a S. Thoma inesse rebus, licet secundum legem ordinariam, quia non sunt applicabiles eam non exerceant, ita docet 1. p. q. 12. art. 2. dub. 8 nº 26

Ad 3um probatum, si aliqui haec quae dicta sunt a nobis videantur difficilia, facillime se absolvere expedit, concedendo concursum speciei similiter non abesse neque ab ipsis attributis et relationibus, sed ab specie creata peculiari, diversa pro diversitate attributi vel relationis — sicut speciem creatam possibilem effectis, Divi

diuinae Dispp. 1. art. 5. concessi non obstante summa illius
intelligibilitate —

Art. 4us —

An possit videri una persona diuina sine alia

Dissolventes quos retuli art. 3 sed
2a sententia asserentes videri non posse diuinam essentiam
sine attributis neque e contra attributa sine essentia simi
liter affirmant non posse videri unam personam diuinam
sine alijs, et ideo una persona diuina non potest vide
ri nisi alijs cognoscantur evidenter a quibus realiter dis
tinguitur quamvis aliae personae non videantur intuitive illud
... forte intendunt DD. illius 3a sententiae relati, nisi
forte loquentes secundum legem verum tamen est probatur, nam
secundum Philosophum c. de relatione, relatiua sunt si
mul cognitione ita ut implicet videri relationem quin cog
noscatur evidenter terminus talis relationis, cum enim re
lationis essentia sit ad aliud esse, repugnantia esset quod relatio cog
noscatur esse ad aliud et non cognosceret aliud; sed personae diuinae
sunt relatiuae ergo implicat quod videatur una nisi et evidenter
altera cognoscatur, sicut nam implicat quod aliquis eviden
ter sciat aliquam diuinam personam esse patrem nisi sciat
existere filium eius correlatiuum; item quod sciat Patrem
et Filium esse spiratores et nesciat Spiritum Sanctum spi
ratum et e contra ergo dicta dixi aliis terminum seu vindicem abs
tractiue, quia ex non penetrationis relationis non cognosci
tur terminus in se sed in ipsa relatione —

Posterior pars solutionis quod possit videri una persona

quim videant intuitive, alij docent etc. Ad quos art. 3. sect. 1. in 2. sensu retuli asserentes posse videri essentiam, sine attributis et relationibus, et e contra privatim, et expresse Scotus cum suis, Nominales, etc. Salas et Gaydus eodem relati et Gran. tract. 5 de visione disp. 7 sect. 1. et docti Recentiores ad cuius probationem non assumo sed potius causeo insufficientem, vocem scientia qua scit Pater aeternus in illo priori rationis ante generationem Filij se ipsum comprehendit non cognito Filio. hoc enim dicunt impossibile esse nam etsi in illo priori dicatur non posse intelligi Deus existens sine Filio, sed potius existens cum Filio, quamvis ut prius Filius fingatur tamen saltem Pater dicitur prior origine quam Filius) ita non poterit se comprehendere aut videre nisi viso Filio. potius probatur fundamentis art. 3. sect. 2. allatis ad probandum posse videri essentiam sine attributis, et praesertim illa generatio verbi quam idem non implicat Deus. hoc autem non implicare constabit ex solutionibus argumentorum.

Primum et praecipuum desumitur ex Joan. 14 ubi cum S. Phylippus num. 8. interrogasset Domine ostende nobis Patrem et sufficit nobis, respondit Christus Dominus num. 9. Phylippe qui videt me videt et Patrem meum non credis quia ego in Patre, et Pater in me est, quo loquendi modo Christus Dominus denotat unitatem identitatis essentiae, et circum insessionis implicare, ut non videatur Pater nisi simul videatur Filius. Atque ita explicant S. Patres nempe S. Nazianzenus orat. 49 ad medium S. Chrysost. hom.

73

13 in Joan. S. Hilarius 7. de Trini. ipse finem est
naturae unitatem similitudinis pater per filium visus est. S.
Aug. tho. 2. epist. 111 c. 9 et 10 et tho. 3. lib.
2. de Trin. c. 8. et tho. 8. psal. 84 circa medium
et enarrat. in psal. 85. ad ea verba respice in me hic
ait Patris et Filij a separari non potest visio. Vox non
separatae naturae et subst. et tho. 9. 14. 10 in Joan.
S. Cyrillus lib. 9 in Joann. c. 8. Rupertus lib. 11
in Joann. Theophilactus Mald. et alij S. explican-
tes illud 14. de visione beata Patris et filij.

Ad hoc argumentum Respondeo non esse PP. et interpretes il-
lum locum intelligere de visione clara sed quidam intelligunt
de visione magis humanitatis ita Toledo et Maldo-
nado S. visionem quae sensibilis Patris petiisse Philippum
testante Tertullian. c. 24 contra Praxeam. S. Chrys.
S. Cyrillus et Theophil. S. vide potentialiter ipso Christum Dominum
ad ejus mentem respondisse se corporaliter visio ejus
quae signis in Patris notitiam Philippum venire potuisset, et
propterea Salmeron tho. 9 14 10 intelligit de cognitione
per fidem. Sed quamvis de visione clara et intuitiva ille
locus intelligatur tamen non intendit Christus Dominus id esse impossibi-
le secundum potentiam absolutam, sed solum secundum legem or-
dinariam, tamen ostendit propter communionem in essentia impossibi-
le esse etiam secundum potentiam absolutam, ut una persona
videatur quin videatur natura alterius personae et quin altera
persona saltem abstractive et evidenter cognoscatur.

2. arg. quia una persona ad suam relationem necessario postu-
lat aliam, tanquam terminum sine quo. imo una persona

na vere inexsistit in alia per admirabilem circumin-
sessionem, qua est perfectio propria alterius personae et simpli-
citer una videatur in ipsa alia persona —

R. concesso ante. neg. 2do conseq.; nam ex eo quod una
persona sit terminus et principium immanens alterius, solum
infertur ad hoc ut videatur una persona visione per-
fecte quidditativa integra, ut simul videantur omnes per-
fectiones illius, atque adeo illius principium et terminus im-
manens; ut vero visione imperfecte quidditativa videa-
tur una persona secundum illud per quod constituitur in recto
non opus est ut videantur intuitive reliquae personae, suffi-
cit ut cognoscantur abstractive. Ut enim intuitive videa-
tur aliqua relatio non opus est ut illius terminus videatur
intuitive, sed sufficit quod in ipsa relatione terminus abs-
tractive et mediate cognoscatur —

DISP. C. DE OBJec

to creato visionis beatæ

Art. 1.

An ꝑ visionem beatam videantur in Deo creaturæ et quomodo

Sect. 1. aliquot certa et Doctorum sententiæ

1°. creaturæ duobus modis considerantur 1° secundum esse eminentiale quod habent in Deo, in quo vivunt et melius esse habent quam in se ipsis, ut loquuntur S. August. tho. 3. lib. 5. de genes. ad lit. c. 15. S. Anselmus c. 35. monologii. S. Tho. 1. p. q. 18 art. 4 ad 3. et alii. 2° accipiuntur secundum esse formale creatum quod habent in se ipsis. nullus dubitat de creaturis secundum illud esse eminentiale quod nihil aliud est quam increata essentia, in qua creaturæ continentur. id dubium est an et quomodo secundum proprium esse formale cognoscantur a beatis —

2° nullus dubitat creaturas videri a beatis secundum suum esse formale sed solum an tale esse videatur a beatis per visionem beatam, an extra visionem per speciales

revelationes et illuminationes, sicut de facto Angeli
plura sibi dicerunt ut docet S. Tho. 1. p. q. 12 art. 1.
ad 3. et ex ipsa beati quotidie illuminantur, ut plu-
ra objecta denuo cognoscat intra visionem ut cogitationes
secum colloquentium 2a quamvis non sit impossibile
haec etiam objecta per visionem videantur. dubium est an re
ipsa eo modo per visionem videantur.

3° igitur duobus modis possent intelligi creaturas
terminare visionem beatam, altero ita ut videantur
in se ipsis et per se ipsas immediate, altero ita ut vi-
deantur per essentiam divinam et in essentia divina quo modo
loquendi sanctorum PP. et Theologorum dicuntur creaturae
videri in Verbo; qua phrasi denotatur creaturas videri
in essentia, quae est haec in Verbo et reliquis divinis personis, per
quandam tamen appropriationem adscribitur Verbo, sicut medium
cognitionis creaturarum in Deo quatenus Verbum ex specifica
ratione procedit per cognitionem atque adeo illi appropriatur quod sit
medium beatae visionis et cognitionis.

Tandem triplici modo potest intelligi mediare
divinam essentiam in cognitione creaturarum 1° per modum per-
movendo ad visionem creaturarum. 2° per modum objecti
formalis, determinando ad earum cognitionem. 3° per modum
objecti terminativi primarii in quo cognito et per quod cogni-
tum creaturae videantur.

1a sententia docet esse absolute impossibile ut
per visionem qua Deus videtur simul videantur creaturae. Re-
feruntur pro hac sententia aliqui nominales, referendo pro
2a, sed nullus eam expresse docet praeter Aureolum quibus

jo

do 10. art. 4. — 2.a sentia q existimat esse possibile q per eandem visionem videatur Deus et creaturae, licet q de facto Deum Anima per visionem videri creaturas vero per distinctas revelationes et non per visionem. ita expresse Occam 4. q. 13. art. 3. dicto 3. et 4. quodlibet 5. et quodlibet 4. q. 5. ad 2. Gabriel 3. dist. 14. q. unica art. 2. in 5. opin. major 4. q. 3. 2. ad 2. [illegible] 3. 2. et hic q. dist. 49. q. 5. Altisiodorensis 2. seriarum q. 2. art. 3. et hic praemissis. Quam eandem sentiam refferunt S. Bonaventura. Scotus Marsilius et alii id futuris. dd. eam q docent expresse P. Vasquez 1. p. disp. 50. c. 4. 5. et 6. et 13. c. 2. P. Lessius lib. 2. de Vecanis Attributis 5. c. 9. q. Summo bono, c. 10 et alii Recentiores —

3.a sentia docet creaturas secundum rationes specificas videri in Deo ut in obiecto primario non vero secundum rationes individuales ita Henricus quodlibet 7. q. 5. et alii. 4.a sentia docet creaturas possibiles, et q secundum esse earum individuale videri in Deo ut in obiecto primario. non q creaturas possibiles existentes praeteritas aut futuras. ita Durandus 4. dist. 49. q. 3. n.o 3. et Basolis q. 4. prologi art. 3. Capreolus et Alex. statim refferendus —

5.a sentia singularis est Patris Herice 1. p. disp. 52. c. 2. n.o 26. juncto n.o 30 fine existimat q creaturas et q existentes videri a beatis per eandem visionem qua Deus intuentes, id est concomitanter et quasi per accidens, videri vero simul cum Deo, ita q ut non videantur in Deo — 6.a sentia his universe affirmat creaturas tam secundum speciem quam secundum individuum, tam secundum esse possibile quam secundum esse actuale videri a Beatis per

visio beatam in esse divina generante numero speciei et objecti formalis, ac terminative primarii. ita S. Thomas ... in locis referendis cum quo sentiunt S. Bonav. 3° dist. ... q. 1. et 2. ... 2 dist. ... q. 2. § ... et lib. 3. dist. 14. q. 2. § ... Richardus art. 2. q. 1. ad 2. ... q. 2. ... q. 2. art. 2. Marsilius q. 20 art. 2. Paludanus 4. dist. 49 quaest. 2. art. 1. ... Capreolus q. 3. art. 3. fine. Soto q. 3. art. 3. ... Abulensis Math. 2. q. 114 ad 3. Cajet. 1. p. q. 12 art. ... fine. Valentia disp. 1. q. 12. puncto 6. quaestione 2. ... 1. p. lib. 2. de attrib. c. 25. et 3. p. tho. 2. disp. 26. sect. 3. Vasquez 1. p. q. 12 art. ... Quiros ... disp. ... memb. 1. Navarrete controversia q. 3. § 4. Nazarius ... 1. et 2. Arriaga disp. 24. c. 3. Albelda disp. 32. sect. 1. Gaspar ... q. 22 art. 8. dub. 4. n° 35. Gran. ... 6. de visione disp. 1. sect. 2. Lorca 1. 2. disp. 25. de beatit. ... 2. disp. 4. sect. 4. ... lib. 5. de beatit. q. 26. et 28. ... 2. meth. ... 2. q. 2. sect. 4. fine. Albertinus tho. 2. ... 2° ... Theologica ... 3. physicus c. 8. q. 6. art. 1. ... 2. fine et ... Recentiores.

Sect. 2ª. ... visione Dei et creaturarum ab initio voluntatis beatis.

1°, ... per eandem visionem qua Beati

in

intuentes Deum cognoscunt in ipso creaturas in particu-
lari secundum esse creatum quod in se habent, eas inquam
creaturas quae ab initio suae beatitudinis illis revelatae sunt.
hanc sententiam docent fere omnes DD. cum sententiarum praecipue Theologi
et etiam communiter quod in Deo videantur etc. Si tandem
erit quod videantur a beatis secundum esse creatum
quod in se habent omnes fatentur et citra errorem negari non
potest, cum secundum fidem certum sit nostras orationes
ad Beatos directas ab illis exaudiri et cognosci, alias
frustra et inutiliter funderentur.

Tandem quod eadem visione qua Deum intuentur eas
creaturas cognoscant probatur primo ex SS. PP. asserentibus creaturas
a beatis in Verbo seu essentia divina cognosci, quos referam
conclusione sequenti. Secundo eadem visione et essentiam et creaturas cognoscunt
probatur ex S. Tho. qui id expresse docuit 3. dist. 14. q.
2. art. 2. q. 4 ad 3. et 4. dist. 45 q. 3. art. 1. ad 3,
et 1. p. q. 12 art. 7. et 8. et q. 57 art. 5. et q. 8. de veri-
tate art. 14 ac 15 et q. 20 art. 5. cum ipse in quibus locis saepe
repetit hanc propositionem beatus visione beata videt Deum et
res in Verbo et eadem est visio respectu utriusque objecti se-
cundum S. Tho.

Probatur 3° ex rationibus. 1a quia ex S. Dyonisio c. 7 de
divinis nomin. ad med. excellentiae divinae spectat Deum eadem
visione intueri suam essentiam et creaturas in sua essentia, ut latius
ibi ostendo disp. 3. de scientia Dei et similiter beatorum eadem
visione creata. probatur sequela quia visio beata ut saepe indicavimus
et DD. communiter supponunt, est perfectissima imitatio visionis
increatae, ergo debet habere eandem tendentiam in Deum et creaturas

in Deo attingit, ita visio beata eadem tendentia est.
diuinam et creaturas in ipsa attinget. 2.a ratio nam im
possibile non est etiam secundum aduersarios, quod intellectus
eadem visione Deum et creaturas cognoscat; quis non in
hoc repugnantia aut implicatio ostenderet quod hec perfectio in
visione beata reperitur. Confirmatur, nam et hoc pertin
net ad supremum gradum in ratione cognitionis, quae visio
ni beatae competit: et facilem parat viam, ut intelligantur
ex quo facto creaturae in Deo intelligantur. quod amplius consta
bit ex dicendis pro 2.a conclusione.

Dixi in conclusione eam intelligendam esse de creaturis, quae
ab initio status beatifici et consequenter eternitus cognoscendae sunt.
ex quo a limitatione colligitur, eas creaturas quae successione temporis
a Beatis cognoscuntur non videri per visionem beatam; ita
contra Henricum quodlibeto 14 quaestione 5 et Scotum in 4. dist.
49 quaestione 2. § ad istam via docet nostra sententia, quam expres
se tradit S. Tho. quaestione 8. de verit. art. 9 ad 15. dicens
eandem quod visio beatitudinis est illa, qua videtur Deus per
essentiam et res in Deo et in ista non est aliqua succe
ssio, nec in ea Angeli proficiunt sicut neque in beati
tudine; sed in visione rerum per species innatas vel per
illuminationes superiorum proficere possunt. quod fundat S.
Tho. in doctrina quam 1.a par. quaestione 12 art. 9. ad 6. et
3. p. q. 10. art. 2. docuerat scilicet non posse secundum legem
rem crescere cognitionem creaturarum in Deo nisi augeatur aut
melior sit visio Verbi, quam constat ex dd. supp. esse
invariabilem. Confirmatur nam repugnat videri per visionem
beatam

beatam objectum creatum quod antea non videbatur nisi esset aliter mutetur visio sicut neque potest non videri aliquid quod videbatur nisi intrinsece variata visione ut sequenti ostendam. Vide S. Fagund. 1. p. q. 12 art. … et lib. 21. nº 64.

Colligitur 1º rem semel cognitam per visionem in Verbo nunquam posse latere deinceps invariata visione. hoc traditur a S. Fag. … nº 66. 2ª … et Richardum 3. dist. 14 art. 2. q. 1 ad 3um. … est nam visio beata essentialiter et naturaliter est repraesentatio determinata talis et talis objecti determinati; sicut quaecunque alia cognitio creata quae eadem invariata manens non poterit repraesentare denuo quod ante non repraesentabat et non repraesentaret antea ex … nam albedo ut 4 … posita in subjecto non potest non reddere album ut 4 et invariata maneas non potest reddere plus vel minus album quae eadem visio invariata persistens in intellectu non potest illum reddere modo pauciores creaturas repraesentantem modo plures.

Sect. 3. creaturas videri ex determinatione essentiae divinae authore ostenditur

Dico 1º Beatus videt creaturas in Deo ex determinatione essentiae divinae gerentis vicem speciei et habentis rationem objecti formalis et objecti terminativi primarii. haec … probabilissima in hac materia traditur ab aliis DD. relatis sect. 1. praeter DD. 19 et 28 semper probatur 1º ex

autem, Sac. Scrip. 1. ad Chorinthios. 13. Videmus nunc in speculo in enigmate tunc autem facie ad faciem. Videre facie ad faciem idest facialiter Visione, Videndo dicuntur non solum quae intra Deum sunt, sed etiam mysteria quaeque, quae modo per fidem cognoscuntur, quae faciales visio tam Dei, quam Verbi Divini incarnati dicitur fortasse Vita aeterna Joann. 17 —

Probatur 2° ex S. PP. 1. debet referri S. Dyonisius c. 7. de Divinis nominibus in medio Vbi manifeste Divino intellectui tribuit hunc modum videndi creaturas in Deo. Divina lingua mens per causam rerum omnium ipse omnium rerum scientiam anticipatam habet etc. neque enim ea quae sunt ex iis quae sunt discernens novit Divina mens, sed ex se et in se per causam etc. sed ipse Uno causae complexu omnia sciat etc. non igitur propriam sui notitiam Deus habet aliam autem quae ditur ac generaliter ea, quae sunt omnia comprehendit; ipsa enim se ipsam omnium causam noscens nullo pacto modo ea quae ab se profecta sunt eaquorum causa est ignorabit; hac ergo Deus ea quae sunt noscit, non rerum notitia, sed sui. in quo perfectissimo, pro dicendis observa 1° duplicem negari cognitionem pro duplici obiecto creato et increato sed Unam tamen agere non propriam sui aliam autem etc. Secundo concedi hanc cognitionem rerum in Deo Ut in causa tamen et ex eo tamen quod perfecte dicitur Deus Ut causa. Unde constat esse Dei Ut speciem Ut obiectum formale et Ut terminativum primarium a Sancto Dyonisio agnosci. 3° postremis verbis illis non rerum notitia sed sui, et aliis initio allatis neque enim ea quae sunt

ex iis

ijs quae sunt distincta novit, docetque creaturas non immediate et directe in se ipsis sed in Deo cognosci. quod idcirco dum affirmari non tantum de possibilibus et speciebus, sed etiam de individuis et de existentibus, loquitur enim S. Dyonisius de ijs, quae a Deo perfecta sunt, haec autem individua sunt et existentia. tandem hoc idem probat etiam de visione creata, ergo perfectissima est imitatio increatae, ergo ex eo constat non esse impossibile creaturas in Deo ut in causa cognosci, quod impossibile judicant bassi. et DD. cum illo allegati. Nostram sententiam docent S. Greg. lib. 4 dialogo rum c. 33. quid est, quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt, omnia inquam quoad sufficientiam, ut explicat S. Tho. 1. p. q. 12. art. 8. ad 2um quem idem laudat S. Julianus Toletanus Archiepiscopus lib. 2. de futuro seculo c. 34. in tho. 9. bibliothecae. Similia docet S. Greg. lib. 2 moralium c. 3. et lib. 12 c. 13. celebris est sententia S. Isidori lib. sentiarum c. 12 sententia 2. Angeli in Verbo Dei cognoscunt omnia antequam in re fiant, et quae apud homines adhuc futura sunt Angeli jam revelante Deo noverunt. S. Bern. lib. 5. de consid. ipse ipsius videt Verum, et in Verbo facta per Verbum nec opus habet ex his, quae facta sunt factoris notitiam mendicare neque enim ut vel ipsa, quae facta sunt, noverit, ad ipsa descendit quae ibi illa videt ubi longe melius sunt quam in se ipsis! Ubi sermo est de ijs, quae facta sunt ut distincta sunt a Deo et ab eminentiali continentia, alias non essent illa quae facta sunt. et sermone de triplici bonorum genere

in ipso fonte sapientiae rerum cognitionem omnium bibentes.
S. Laur. Just. c. 29 de casto connub. post medium
In Verbo aspiciunt intelligentiae oculo et recipiunt ab
ipso universarum notitiam creaturarum, per ideas, quae
in ipso sunt, lucem intuentes verum Dei. Tandem
SS. Cyrilli Senonensis decreto 23 tho. 5 rationes aiunt
Beatis perviam esse illud Divinitatis speculum, in quo
quidquid eorum interest illucescat. Sed non refero alia
ipsa Ill.a S. August.

Sed Vasq. ea disp. 50 c. 7 n.o 46 ex Caj. 1
p. q. 57 art. 5 et 3 p. q. 10 art. 2 asserit duobus
modis aliquid dici cognitum in Verbo et formaliter
et causaliter formaliter quando vere ex penetratione
Verbi et essentiae divinae cognoscitur, causaliter vero quando
praedicitur a Verbo specialis revelatio distincta a vi
sione et ex visionis indigentia. Igitur Vasq. explicat
dictam Ill.am de cognitione in Verbo causaliter, causata scilicet a
Verbo efficienter, non formaliter in genere objecti, ait spe
ciei probat 2 ex S. Tho. 1 p. q. 57 art. 5 Ubi asserit
mysteria ab Angelis in Verbo successu temporis cognita
et non per visionem beatam, quae tempore non variatur, sed per
revelationem, quae a S. Tho. dicitur etiam notitia in Verbo, quem
modum loquendi non esse improprium docet etiam Cajet. 2.
2ae q. 83 art. 4 circa solutionem 2i. probat 3o quando S. Ber.
in serm. 17 in cantica agens de Lucifero qui nunquam
Deum vidit, ait haec futura, si fuerint, in Dei Verbo
absque

absque dubio videt. Pont 2.º nam ista ordinaria phrasis, ad ea vba Supreme domini tui dicet Propheta legere in Lib. prescientiæ ea quæ fiderunt, q exstat S. Th. 2. 2. q. 173. art. 1. ad 2.um de revelationibus peculiaribus, quæ absque visione beata Prophetis infunduntur, eodem jure intelligi pt. S. Aug. tho. 2.º lib. 13. quæstionum c. 15. resferendus dum ait Angelos legere creaturas in specie Divina quam vident.

Sed in primis hæc expositio n pt adaptari dictis S. Dyonisij et S. Greg. 2.º q. aliunde ex antecedentibus et subsequentibus colligatur per illam phrasim videre in vbo, intelligi revellat, effective causatas a Deo a vbo ut patet in illis quæ alegantur, nam vbi de Lucifero est, vel viatoribus, pfetis, n debet intelligi illa phrasis de visione beata, et similiter quando sermo est de cognitione, quæ aduenit beatis successu temporis, n pt intelligi de visione clara quam nullam successionem S. Tho. admittit. Unde patet ad ceteras expositiones sed cum in alijs locis SS. PP. ut S. Dyonisius S. Greg. S. Bern. S. Justin. et doctum Senonense, tendunt ita in vbo creaturas videri, ut videantur ex eo in esse Divina, vocantur ex eo hæc ut causa cognoscatur, ex eo habeat ideas omnium rerum ex eo, in illa ut in speculo elucescant plenitudine improprie hæc omnia detorquebuntur ad signandam causationem effectivam revelationum.

Accedunt SS. PP.es præsertim S. Aug. mox referendi, magnam disparitatem agnoscunt inter claritatem cogni

tionis in Verbo, et cognitionis creaturarum in se ipsis, propter
quam diversitatem illa dicitur matutina, haec vespertina
atque ex eorum priori carere a Verbo non postulat adeo supe-
riorem claritatem quam haec desumitur ex eorum creaturis in esse Dei
videantur —

3° Ita est S. August. in ma cum Tho. 1 lib.
13 confess. c. 15 agens de Angelis Beatis [non opus habent suspice-
re firmamentum hoc et legendo (in suis caelo, quod dicitur videre
et enarrare gloriam Dei) cognoscere verbum tuum, vident enim
faciem tuam semper et ibi legunt sine syllabis
temporum quod velit voluntas tua] et tho. c. lib. 9 de civitate,
c. 22 [Sancti Angeli certius ista temporalia et muta-
bilia noverunt quae eorum principaliter causas in Verbo Dei conspi-
ciunt per quod factus est mundus].

Huc etiam pertinent illa quae S. Aug. docet du-
plicem modum cognoscendi creaturas, alterum in Verbo
quem appellat cognitionem matutinam; alterum in ipsis re-
bus existentibus, quem appellat cognitionem vespertinam, ita
tho. 3 lib. 4 de genesi ad litteram c. 22, 23 et 24
et seqq. et c. 26 sic ait creatura aliter in se ipsa facta
cognoscebatur scilicet cognitione vespertina quam in Verbo in cuius
veritate facienda videbatur scilicet notitia matutina et
tho. 4 lib. sexaginta quinque quaestionum in 26.a [quia
videt ipsa creata in Deo scilicet notitia matutina quam in
se ipsa videatur, ideo creatura plus videtur in arte qua facta
est, quam in se ipsa, quae facta est]. Ubi clarissime obiectum
creatum cognitum distinguit ab arte in qua cognoscitur. et
tho.

tho. 5. lib. 11. de civit. c. 29. [Sancti Angeli ipsam creaturam melius in sapientia Dei, tanquam in arte qua facta est, quam in ipsa sciunt, et tanquam in cognitione diurna; in ipsis tanquam in vespertina]. Nam S. August. hoc modo duplicis cognitionis explicuit sex dies creationis rerum mane et vespere distinctos Genesis 1º existimavit n. illos veros dies non fuisse distinctos, sed lucem initio mundi conditam Angelos fuisse, sex vero dies sex ordines rerum ab Angelis cognitos illo duplici cognitionis genere matutinae et vespertinae. Sed Vasq. 1. p. disp. 51. c. 2. et 3. existimat hanc cognitionem tam matutinam quam vespertinam in solis Angelis Beatis a S. Augustº agnosci, ut patet ex tho. 3. lib. 4 de genes. ad liter. c. 25 et tho. 4 lib. 83. quaest. in 26.ª ubi eas cognitiones praeterea a Demonibus excludit et quamvis S. Tho. 1. p. q. 62. art. 1. ad 3. aliter explicet eas cognitiones et Angelis in via easdem attribuat, addit tamen eas non reperiri proprie nisi in beatis. Addit Vasquez c. 3. per matutinam cognitionem intelligi visionem beatam creaturarum non ut sunt aliquid creatum in se sed ut sunt vita Dei, et secundum eminentiales earum rationes secundum quas sunt aliquid increatum. Per vespertinam vero cognitionem creaturarum in se ipsis extra Verbum. Probat Vasquez testimoniis S. August. 1º ex tho. 5. lib. 11. de civit. c. 7. [Fit enim vespera huius Dei et mane aliquatenus, quoniam scientia creaturae in comparatione creatoris quodammodo vesperascit] scientia inquam de creatura ut talis non ut est increata. 2º ex eodem lib. c. 29 sine ubi eo sensu ait [aliter ipsa describitur in verit. incommutabili aliter in ana ipsa]. 3º ex tho. 4. lib. 83 quaest. in 26.ª ex illo Joann. 1. quod factum est in ipso vita erat ait [per hoc scilicet videntur ab Angelis sanctis in Verbo Dei, ubi sunt vita quam in se

opus] at lapis non est vita nisi secundum eminentialem rationem quae est in Deo. 4. D. Tho. 4 lib. Sent. dist. quaest. 46 ait videri creaturas a beatis secundum earum ideas, quae aeternae ac eodem modo se habentes sunt, non secundum esse quod habent in seipsis. 5. in Tho. S. lib. 4 de genesi ad lit. c. 31 [Facta est vespera quia necessaria erat et ita cognitio quae distingueret a creatore creatura] (ex parte scilicet obiecti) [aliter in se ipsa cognita quam in illo] et lib. 5 c. 34 ait [cognitionem matutina cognosci creaturas in primis atque incommutabilibus rationibus] non quod ipsemet creaturae formaliter in Deo cognoscuntur. 6. S. Tho. 1. p. q. 58 art. ult. distinguit has cognitiones, matutinam quae sistit in Deo, vespertinam quae terminatur ad creaturas.

R. in nullo ex his testimoniis negari a S. August. quod cognitio matutina transeat ab increato et per increatum obiectum ad obiecta creata et illa attingat ut patet manifeste in testimoniis S. August. a nobis relatis. Ad eaque obiiciuntur vasquez respondetur ad 1um scientia creatoris dicitur quae immediate et directe terminatur ad creatorem non in ipsis creaturis, sed ita ut simul veluti mediate terminetur ad creaturas. Ad 2um aliter manifestatur iustitia in Deo ac in anima iusti, sed iustitia creata plene cognoscitur in Deo. Ad 3um ex eo quod lapis et alia creata sint vita in Deo asserit S. Aug. ea in Deo cognosci, sed non asserit ea cognosci solum prout sunt vita in Deo. Similiter ad 4um in rationibus aeternis cognoscuntur, sed ita ut secundum esse creatum etiam attingantur. Ad 5um aliter cognoscitur creatura in se, ac in Deo divergit in modo cognoscendi et medio, non diversi-

tate

tate obji terminantis creati, ad 6.3 ly d. Thom. eo modo accipiat cognitionem matutinam et vespertinam sed simul affirmat non ita usurpatam a Sancto August. ad in sensu vero designari explicato —

Ulto S. Tho. expresse ubique tuetur vera. 3c 3.p. q. 12 art. 8 manifestum est quod sic aliqui videntes in Deo secundum quod sunt in ipso oia autem aliqua sunt in Deo sicut effectus sunt virtute in sua causa sic igitur videntes oia in Deo sicut effectus in sua causa id manifestum est quod quanto aliqua causa perfectius videtur tanto plures effectus in ipsa videri possunt. idem tuetur q. 106 art. 1 ad 1 et 2. 2 q. 173 art. 1 corp. et q. 180 art. 4 ad 3 et 3 p. q. 9 art. 3 ad 3. et q. 10 art. 2 corpore et lib. 2 sentent. dist. 11. q. 2 art. 2 ad 4um et lib. 3 dist. 14 art. 1 et 2 et lib. 4 dist. 49 q. 2 art. 5 ad 6 et q. 8 de verit. art. 4 ad 12um et aliis in locis quae non possunt intelligi de visione in Deo causaliter sed formaliter cum expresse doceat S. Tho. essentiam divinam gerere munus speciei respectu creaturarum quae in illa cognoscuntur, item deservire ut medium ad eas cognoscendas medium (inquam) ut cognitum et praecontentum tanquam causa in cujus virtute continentur creaturae, et in cujus perfectione praecontenta cognoscuntur —

Sect. 4 eadem veritas optimis rationibus ostenditur —

Probatur 1o eadem sententia de visione creaturarum ex determinatione essentiae divinae optimis rationibus, 1a ducta ab exemplo visionis increatae. hac enim cognoscit Deus Deus creaturas in particulari ex determinatione essentiae tanquam speciei et obji formalis ac terminativi primarii sed idem censendum de

visionis creata beatorum consequentur perfectionem; nam visio beata ex suo genere est perfectissima participatio et imitatio visionis increatae, quae non ille modus cognoscendi creaturas sit incapabilis intellectui creato nullo pacto ostendetur repugnare: at per visionem beatam ea ipsa dicatur fuisse indicat S. Tho. 2 p. q. 12 art. 5. corp. secundum lumen gloriae efficiuntur Dei formes idest Deo similes secundum illud 1 Joann. 3. cum apparuerit similes ei erimus et videbimus eum sicuti est, ergo si beati imitantur Deum in visione ipsius similiter in visione creaturarum in ipso —

Quod vero hic modus cognoscendi creaturas in Deo reperiatur in visione increata docuimus disp. 3. de scientia Dei ex eo quod in Deo non sit nisi unus actus scientiae veluti specificatus ab unica essentia Dei ut objecto formali et per modum speciei quare ...de quo non potest terminari ad creaturas nisi cognita prius ... essentia et mediante illa. Visio nam quae essentia divina ... species et objectum formale ac veluti speculum in quo videantur creaturae est magna perfectio nulla imperfectione admixta respectu intellectus increati, quare etiam respectu intellectus creati, quare in hoc possibilis est cognitio quod videantur in essentia divina creaturae et haec erit visio beata — 2a —

2a ratio nam Deus perfectissime continet in esse entis omnes creaturas tanquam eminentissima earum causa mediante intellectu et voluntate aut etiam ... potens eas deducere ... accedente divina essentia per modum exemplaris objective quae in esse intelligibilis continet etiam in se intelligibilitates omnium creaturarum quare omnes illae in essentia et per essentiam possunt intelligi quare et ipsa per visionem beatam intelliguntur nam adversarii ... Deo

solum

Solum hoc negant qui impossibile existimant quod creaturae in essentia, ex perfectissima cognitione cognoscantur. hanc sententiam urget optime Henricus 1. p. summae art. 35 q. 2.
Dicendum illud quod in esse intelligibilis essentia Divina contineat intelligibilitatem omnium creaturarum probatur 1° nam id videtur pertinere ad summam perfectionem continentis creaturarum, quae Deo conceditur ut non solum earum entitates utcumque, sed etiam earum intelligibilitates et appetibilitates eminenter contineat. probatur 2° nam comprehensio creatoris, quae perfectissima, implicat ut perfecte et clare cognoscatur inquantum talis, nisi cognoscantur illius effectus, quod reddit intelligibiles effectus creatos ex eo quod cognoscatur, atque adeo continet eminenter eorum intelligibilitates. atque quod saepe usurpat tanquam certum S. Tho. inductione constat in omnibus causis quarum effectus eo plures et melius cognoscuntur quo magis ipsae causae penetrantur. Probatur 3° nam ex eorum penetratione creaturae secundum Apostolum ad Romanos 1°. invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur — quod ex penetratione Divinae essentiae poterunt creaturae cognosci, quamvis cum eo discrimine quod in creaturis etiam comprehensiva cognitio non possit Deus intuitive aut quidditative videri, quia in illis Deus proprie non continetur, at vero cum creaturae in Deo perfectissimo modo contineantur possunt intuitive et quidditative cognosci —
Dices ut creaturae quidditative et intuitive videantur in Deo non sufficit quod in eo utcumque contineantur, sed etiam quod ita contineantur, ut Deus ad illas habeat respectum et non illis habeat

conexionem necessariam propter quam possit intellectus in Deo visio
creaturas cognoscere; Propterea S. Tho. 1. p. q. 14. ar.
5 ad 2. ait Deus non cognoscit per causam, quasi prius cog-
nitam effectus sed eos cognoscit in causa; Ubi denotatur essentiam
divinam non esse medium ad cognitionem creaturarum atque adeo eas
eque 1o ac ipsam essentiam videri. quod etiam patet ex eo quod si crea-
turae essent impossibiles, quamvis perfecte penetraretur Deus
nulla in eo creatura videretur et licet sint possibiles non vide-
buntur in essentia, quamvis haec valde penetretur.

R. falsum esse id quod supponitur scilicet requiri res-
pectum et conexionem causae cum effectu ut hic in causa videatur
nam licet id requiratur ad hoc ut cognoscatur abstractive effectus
in causa per modum cujusdam termini connotati et annexi
respectu causae quod tamen S. Tho. intendit et explicat per causam
prius cognitam; non tamen ad hoc ut cognoscatur per causam tan-
quam per speciem determinatam ut contingit in essentia divina, quae
ex eo quod gerat munus speciei respectu creaturarum in genere obj-
ecti nostro intellectui non censetur in rigore objectum prius aut
medians, ita ut reddat creaturas posterius et mediate cog-
nitas. Et ideo cum negasset S. Tho. cognosci a Deo effectus
per causam, quasi prius cognitam, addit eos cognoscit in causa
quod si creaturae essent impossibiles non determinaret essentia
ad eam claritatem cognitionis, quae sufficeret ad eas repraesentan-
das sed ad aliam materialiter diversam, etiam clariorem quae ex
lege extraordinaria posset dari absque repraesentatione creaturarum
atque adeo tunc essentia non gereret munus speciei respectu crea-
turarum in Deo. quod non

Quod

Quod vero falsum sit requiri conexionem essentiae Divinae cum creaturis ut hae videantur in essentia probatur primo ex sententia illorum, qui admittunt in essentia Divina respectum transcendentalem ad creaturas et conexionem cum illis, hi enim Authores absque respectu aut conexione necessaria cum creaturis existentibus stringentur affirmant eas videri posse in Deo tanquam in causa, ergo eodem modo absque conexione Divinae essentiae cum creaturis possibilibus poterunt videri in Deo tanquam in causa. Sequela probatur, nam essentia Divina plus distat a conexione cum creaturis existentibus, (sine quibus absoluta potest esse) quam a conexione cum creaturis possibilibus, sine quibus secundum legem ordinariam et re ipsa essentia Divina non potest esse ergo sicut existentes cum minori conexione essentiae cum illis videntur in essentia, ita et possibiles licet cum illis nulla detur conexio —

Secunda ratio nam visio qua Beati Deum intuentur et creaturas una est et indivisibilis ut sectione 2. ostendi ergo per illam creaturae videntur in Deo. Sequela probatur nam ut possint illa duo obiecta increatum et creata terminare unicum actum debent inter se habere aliquam subordinationem et conexionem, qua fiant unum quodammodo; at haec nulla alia potest esse, nisi quia creaturae videntur in Divina essentia et illa mediante. aliter non possunt eque primo specificare eundem actum duo obiecta adeo diversa; sicut obiectum naturale et supernaturale non possunt eque primo ut diversa sunt eundem actum specificare —

Sectio 5. aliquot illationes ex 2.a sectione —

Ex dd. in duabus sectionibus precedentibus
plura inferuntur expeditaque nihil ad plenam hujus dif
ficultatis penetrationem desiderabitur. infertur 1o. essentiam
Divinam respectu creaturarum habere rationem speciei, ita do
cuit expresse S. Tho. 1. p. q. 12 art. 9 et 10 et 3.
p. q. 9 art. 3. ad 3. et lib. 3 sententiarum dist. 4. ar. 1.
questiuncula 3. ad 2. et questiun. 4. et 5. et q. 8. de
veritate art. 5 et q. 10 art. 7 ad 7. et probatur quia illa
divina essentia, utpote causa supereminens omnium creaturarum,
sicut continet eas in esse entis, ita et in esse intelligibilis,
ut sect. 4 fin. 2a ratione probatum est quod in ratione speciei conti
net species omnium creaturarum eminenter et determinat ad eas
cognoscendas multo melius, quam species propriis ipsarum creaturarum
ergo quia est alia species creaturarum, quae determinet ad ipsas
illas, in essentia. infertur 2o.

Infertur 2o eandem essentiam divinam habere rationem objecti
formalis determinantis ad videndam speciem cujusvis
creaturae. Probatur nam ex dd. disp. 2. de visione contra
P. Herice et P. Hur. res visiones earum creaturarum
diversarum in specie sunt ejusdem speciei quia respectu omnium
creaturarum datur idem objectum formale scilicet essentia divina. ergo
quia nullum aliud respectu omnium aut plurium creaturarum
assignabitur tanquam objectum formale. atque hoc speciali
ratione ostendit S. Thom. dum ait objecta creata videri
in essentia divina sicut ~~[illegible]~~ conclusiones in principio. ita
S. Tho. 1. p. q. 12 art. 8. et 2. 2. q. 173 art. 1.
corpore et lib. 2. sententiarum dist. 11. q. 2. art. 2. ad

4um

4^{ti} et lib. 4 dist. 49 dist. 2. art. 5. ad 6. et q. 2. de verit. art. 4 ad 7um et q. 8 art. 4 corpore et q. 28 art. 4 et 5.

Infertur 3.° divinam essentiam esse simul objectum terminativum primarium in quo videntur creaturae ut objectum secundarium ita DD. sequentes sexto sensu. probatur ex DD. in duabus primis illationibus. nam essentia divina non potest gerere munus speciei et objecti formalis; nisi quatenus cognoscitur et terminat visionem beatam quia eatenus cognoscuntur creaturae in illo quatenus cognita essentia divina et est objectum terminativum cognitionis hoc probatur nam essentia divina non determinat sicut species creata quae ignota effective concurrit ad visionem sed quatenus cognita et penetrata indicat nobis creaturas quia in quantum est objectum terminativum id quod hoc modo sit terminativum requiritur ad cognitionem creaturarum quia quae essentia est objectum terminativum primarium creaturae vero secundarium. illud tamen observa secundum dicta scilicet creaturas non ita esse secundarium objectum respectu visionis beatae ut illud per accidens se habeat ad existentiam et existentia visionis beatae, hoc enim propter limitationem quam habet dicit respectum transcendentalem ad singulas creaturas quas repraesentat ratione cuius nequit sine illis creaturis existere. illud solum beatis reddendum est quod negavi divinae scientiae ut creaturas per scientiam infusam et naturalem cognoscant per se ipsis per species creatas, quia eorum intellectus capaces sunt illius varietatis seriarum.

Infertur 4.° non proprie videri in divina essentia tanquam in speculo creaturas; nam licet S. Tho. 1. p.

q. 12 art. 8. ad 2. et art. 9. in sed contra et lib. 2
sententiarum dist. 23 art. 2. ad 5. et lib. 4 dist. 49 q. 2 ar.
5. ad 6. et PP. concilij Senonensis decreto 13. 1mo et
Author libri de triplici habitaculo c. ult. qui haec ibi
q. S. August. appellant essentiam speculum voluntarium
in quo videantur creaturae, et idem S. Doct. in 4° sententiarum
citato et q. 8. de verit. art. 4 post medium et q. 12
art. 6. circa medium et q. 20 art. 4. et 5. et q. 12 a. ar. 6.
expresse docet creaturas in essentia non videri proprie tanquam
in speculo, sed id improprie tamen usurpari. De quo P. Kapsey,
q. 12 art. 8 dubio 8. a n° 55 et dub. 10 n° 63. Qui
docte observat plura discrimina inter visionem creaturarum
in essentia divina et visionem rei in speculo. 1° quia in speculo
dantur plures species pro pluralitate obiectorum, quae in eo videntur; at
eadem essentia est unica species omnium creaturarum. 2° species in speculo re-
sultant et causantur a rebus; at essentia divina est species non
causata sed causans creaturas visas. 3° alia est species spe-
culi ab speciebus in speculo visis, at eadem essentia divina gene-
rat nunc speciem tam sui quam creaturarum. 4° eo quod prima-
rio videtur speculum et res in illo non ita essentia, et creaturae
5° in visione speculi proprie species intercedunt, in visione
creaturarum in essentia divina, haec nunc species gerit, sed non
est proprie species. 6° speculum non producit sui visionem, sed spe-
ciem sui; at essentia producit sui visionem

Infertur 5° proprie videri creaturas in essentia tanquam
in causa. Ita S. Tho. 1 p. q. 12 art. 8. et q. 14 art.
5. et lib. 1 contra gentes c. 49 et q. 8. de verit. art.
4. et lib. 3 sententiarum dist. 14 q. 1 art 2. quaestiuncula
2. initio et lib 4 dist. 49 q. 2 art. 5. et alibi passim.

ge

gerit. n. nunq. speci. et obji formalis ac primarii; ex eo q. sit cau. in qua virtute continentur creaturae et ex eorum talis virtute et eminentia recte penetrentur, ut late expendi sed de praecedenti in 2.a ratione.

Infertur 6.o hanc doctrinam intelligendam esse non solum de creaturis possibilibus, sed etiam de existentibus; non solum de creaturis necessario existentibus aut obiectis extra Deum, sed etiam de obiectis contingenter existentibus; non solum de speciebus, sed etiam de individuis. quae. n. ex his ab initio beatitudinis, beatis innotuerunt per visionem beatam cognita sunt. probatur 1.o ex auctoritate SS. PP. relata illi n. loquuntur expresse de creaturis individuis etiam contingenter existentibus. S. Dyonisius de iis quae sunt cognitis antequam fierent. S. August. tho. 3. lib. 4 de genesi ad lit. c. 24. Beatos Angelos vidisse universam creaturam in Verbo Dei in quo sunt etiam quae temporaliter facta sunt aeternae rationes tanquam in eo per quod facta sunt et ita semper loquitur de iis quae facta sunt, scilicet individuis et contingenter existentibus, nihil. n. aliud factum est. Similiter S. Isidorus et S. Bern. loquuntur de creaturis factis et futuris. Cmeilinin Senonenses de creaturis, quae Beatorum intersunt his autem sunt existentes. Tandem S. Th. 1. p. q.e 12 art. 8. corp. Sive [horum quae Deus facit et facere potest] tanto aliquis intellectus plura cognoscit quanto perfectius Deum videt. Similiter loquitur S. ib. q.e 10 art. 2. 4 dist. 49 q.e 2. art. 5. de verit. q.e 8. art. 4 corp. sive et q.e 20 art. 5. ad 1um et alibi saepissime quem sequuntur cetera DD. ult. relatis 6.a et in sensu.

Probatur 2.o ex rationibus. 1.a nam Deus in sua essentia

cognoscit creaturas individuas et existentes secundum se, et secundum Patrem Herice 1. p. disp. 5. c. 3 q nobis modo adaequato et similiter cognoscuntur a Beatis per visionem creatam, quae increatam perfectissime imitatur. 2a ratio nam ideo creaturae possibiles et rationes specificae in essentia Dei a Beatis cognoscuntur secundum P. Her. quia in essentia continentur eminentialiter et ab ea perfectissime dependent; secundum meam sententiam nulla detur necessaria connexio divinae essentiae cum illis objectis creatis; sed et secundum rationem individualem et secundum esse existentiae vere dependent a divina essentia et vere in illa continentur ex supposito decreto libero quo decernatur earum existentia possunt in divina essentia cognosci et re ipsa per visionem creatam videbuntur.

Sect. 6. argumenta adversariorum dissolvuntur.

Obj. 1o ut creaturae in Deo formaliter viderentur, ipsius esset ut in illo formaliter continerentur ut ipse esset propria earum species. neutrum ex his datur in Deo cum enim sit actus purus non continet formaliter perfectiones creatas quae admixtae sunt potentialitati. neque et secundum dicta habet rationem propriae speciei ergo non possunt in Deo videri creaturae formaliter. major probatur quia nullo alio modo possent videri formaliter visio Deo sed tantum viderentur secundum rationes eminentiales, quae sunt formaliter in Deo et quas Deus continet eminenter creaturas. — Resp. distinguendo majorem videri enim formaliter creaturas in Deo duos habet sensus. 1us quod ipsae creatae perfectiones formaliter terminent visionem tanquam existentes intra Deum

et

et in hoc sensu implicat creaturas videri formaliter in Deo. 2us q. formaliter ex determinate, et terminate essentiae divinae creaturae videantur et hic sensus a nobis intenditur et in eo diximus creaturas videri formaliter in Deo. = Ad hoc autem non requiritur q. essentia divina sit proprie species, sufficit ut gerat munus speciei neque ex eo creaturae in Deo eminenter tamen contineantur sequitur q. cognoscantur eminenter, aut secundum rationes eminentiales tantum; sed formaliter quia ea eminentialis continentia sufficit ad manifestandas formaliter per modum speciei creaturas contentas, sicut continentia eminentialis objecti, quae est in specie impressa sufficit ad manifestandum formaliter objectum. Unde patet ad probationem majoris —

. . . . Obj. 2o quando res cognoscuntur in alio et non in se ipsis cognoscuntur confuse et indistincte, sed creaturae videntur clare et distincte a beatis et non in essentia divina. maj. probatur nam propterea res sunt minus clarae, quam 1a prima quia per haec videntur objecta in se ipsis non per reflexiones. Ergo ex eo creaturae videantur in essentia divina minus clare cognoscuntur. Usque haec probatur, nam exemplo prius et reflexionis, ad hanc rem explicandam utitur S. Tho. 1. p. q. 12. art. 8 et alijs locis supra relatis. accedit q. perfectio Dei summe continentis perfectio creata valde dissimilis est perfectioni creatae ergo non potest clare ostendere perfectionem creatam — -

. . . Rx. distinguendo maj. quando res cognoscuntur in alio ut in imagine imperfecta et tanquam in effectu cognoscitur imperfecte concedo, quia nec imago inferioris ordinis neque effectus totam perfectionem rei exprimit; quando res cog

noscuntur in alio tanquam in causa perfectissima non cog-
noscuntur clare et sic nego; quia causa perfectione effectus
continet et superat. Unde sicut potest effectui tribuere
sit; ita etiam ergo clare cognoscatur. exemplum principii me
diantis ad cognitionem conclusionis. Ut huic instituto deser
viat, non ita accipiendum est, ut nisi sit cognitio divers
sa a principio, sic enim non cognosceretur obiectum conclusionis
in principio obiectiva sicut creaturae in essentia, sed cognosceretur obiectum
conclusionis ex principio, ut acute distinxit S. Tho. 1. p. q. 12.
4 art. 7. et q. 2 de verit. art. 14 corp. ubi differt
cognoscere aliquid in aliquo et aliquid ex aliquo, quando
enim aliquid in aliquo cognoscitur uno motu fertur cognos-
cens in utrumque; secus si cognoscatur ex aliquo quia dantur
duae cognitiones et formaliter discursum, in quo principium est
clarius quam conclusio secus quando cognoscitur obiectum conclusionis
in principio, et hoc pacto, cognoscuntur creaturae in Deo. quod
si perfectio increata sit adeo dissimilis creatae non arguit
quod non possit continere et exrepraesentare perfectionem creatam
quae per limitationem, licet aliquo modo imitetur increatam, non
tamen ita ut illi perfecte assimiletur; longius distat perfectio
imaginis intentionalis a perfectione obiecti cum quo nullam
habet veram convenientiam, quam perfectio Dei a perfectione
creaturae in ordine ad repraesentationem et similitudinem et nihilominus
imago intentionalis obiectum repraesentat. —
Obiicies 3° si creaturae viderentur in essentia divina
prius et magis immediate videretur essentia divina quam crea
tu

duro q daretur aliquod signum prius, in quo videretur essentia non
visis creaturis ut accidit Richardo q. dist. 49 art. 1. q.
1. et tunc in illo priori videretur essentia ut causa creaturarum cum
esse causa sit praedicatum essentiale Dei, quod ex eo quod [illegible]
deatur Deus ut causa non sequitur quod in Deo videantur creaturae.
Et nam si creaturae omnes et absque essent impossibiles, adhuc
posset Deus videri ut causa infinite potens cum hoc sit
praedicatum Deo essentiale, et tamen non viderentur creaturae, quae
impossibiles essent, quod ex penetratione Dei ut causa non videntur
creaturae. ad argumentum R. ——

Ad argumentum R. prioritatem illam esse dependentiae
dari et non exerceri in ipsa visione ita ut detur visio unius
antequam detur visio alterius et dependenter a visione alterius
sed exerceri in ipsis objectis. ita ut unum objectum scilicet increatum,
sit ratio ac veluti causa videndi alterum. et in
hoc sensu intellecto ante de hac prioritate illa procedendum
est et negandum consequentia, nam recte fieri potest, ut unum
objectum sit ratio et causa videndi alterum et nihilominus quod nullum
sit instans neque ratio neque in quo videatur unum non viso
alio. Sed quod in quovis instante et signo in quo videatur unum
videatur et aliud, sed unum primario et alterum secundario
ratione ordine objectorum inter se non ordine actuum ——

Ad 2um R. virtutem causativam Dei cum careat
respectu et connexione cum creaturis videri posse non visis
creaturis, quae possibiles non essent, neque actu continerentur in
eminentia Dei. Caeterum non videretur tunc essentia reduplicative
ut causa talium creaturarum, sed videretur secundum perfectionem
intrinsecam quod per illam non staret ut causa sed creare posset

set si possibiles esset: q. autem cum creaturis et haec illis cum hac et illa clarit, essentia videatur proveniat ex perfect. luminis et applicat. essentiae per modum speci medio concursu divinae voluntatis modo explicando. in hac disp. e

Obj. 4 si ex penetrat. essentiae videantur creaturae non esset major ratio quare potius hae, quam illae et eo debe creaturae videantur; videri omnes implicat ergo et aliquas.

Resp. 1º nam essentia divina continet et representat naturaliter creaturas ergo non est major ratio quare potius unam quam alia representetur. Resp. 2º nam ex penetratione rei creatae quantumvis eminentis non videntur clare illius effectus, ergo neque ex penetrat. rei increatae. sicut n. haec in esse entis et in esse intelligibilis creaturas continet, ita causa creata suos effectus — . Ad argumentum Resp. essentiam divinam non ita naturaliter representare creaturas ut non subordinetur in ea representatione voluntati liberae divinae ex quo capite dicitur speculum voluntarium creaturarum, non ex eorum modo has modo illas successive per eandem visionem representet ut voluit. Sicut dictum est. n. unde autem proveniat q. has potius quam illas creaturas representet essentia divina art. 5. explicabitur. Unde patet ad 1am prob. et ad 2am Resp. si debite penetraretur causa creata, cognoscerentur in illa ipsius effectus sicut creaturae in essentia divina. sed cum de facto non ita contingat nulla causa creata per se ipsam instar speciei determinat et in nulla ipsius effectus intuitive videntur, sed solum abstractive

ex

ex eo q cognoscatur effectus, ens ad esse accedit, q. n ita continetur effectus in virtute causae creatae, ut ab illa adequate independenter a causa 1a possit causari, et ita per causam 2am n redderetur adequate intelligibilis effectus.

Sect. 7. Utrum exigat 2a visionem creaturarum existentium —

Obj. 1. Probatur. Itaque 2a visio creaturarum existentium in essentia, nam haec nullam conexionem habet cum creaturis contingenter existentibus, cum possit sine qualibet existere, ergo nulla earum potest in essentia cognosci. Consequentia probatur nam id quod n habet conexionem cum altero quantumvis perfecte n potest ducere in cognitionem alterius, et propterea n quodlibet principium infert quamlibet conclusionem, sed eam tamen quacum habet conexionem. Confirmatur 2o nam id in quo aliud cognoscitur determinat ad hoc ut illud aliud cognoscatur, sed n potest determinare ad illud cognoscendum nisi illud determinate inferat in esse; et cum illo habeat conexionem. Consequentia minor probatur nam si n existeret ille effectus, ut est contingens, n repraesentaretur absque eo quod aliter se haberet intrinsece essentia Dei, ergo essentia ex se n magis ad illud quam ad oppositum repraesentandum determinaret, ergo nisi habeat cum illo conexionem n determinabit. Confirmatur 2o nam essentia Dei n continet in se eminenter peccatum, ergo illud saltem n poterit in ejus continentia cognosci. Confirmatur 3o quia n assignabitur quisnam perfectio Divina deservire debeat ut medium ad cognoscendas creaturas, an voluntas

Divina aa sola, an Idea aa sola esa —
Arg. 4º nam si viderentur individua existentia in essentia Divina non viderentur intuitive sed solum abstractive; at certum est, eam videri intuitive; sequela probatur, nam id quod videtur in alio tanquam in obiecto cognito non videtur intuitive sed solum abstractive, sed si creaturae existentes videantur in essa ut in obiecto terminativo cognito non videbuntur intuitive. ante hac probatur nam praeterea cognitio est perfecta in se tanquam cognoscit de visio beata et in illa Deus videtur obiectum talis visionis est abstractiva Dei et non intuitiva. 2º quia si cognitio rei in se eiusque in alio pugnant inter se ergo si in divina creaturae existentes et in essentia. Seq. patet nam intuitio est cognitio rei in se et excludit quod sit in alio et eius sit in essa. 3º cognitio Dei per rea quae facta sunt a Deo est abstractiva quia per illam cognoscitur Deus in creaturis ergo e converso cognitio creaturarum in Deo erit abstractiva. 4º cognitio effectus in sua causa creata est abstractiva quia cognoscitur in alio ergo Deo —.
Arg. 5º nam per actum amoris beatifici diligit beatus creaturas propter Divinam bonitatem tanquam propter obiectum formale, non tamen diligit in Divina bonitate amata tanquam in obiecto terminativo primario. hoc n. vix est intelligibile quemadmodum fieri possit ut disp. 3. de scientia dictum est quod neque videntur creaturae in essa Divina —
Ad argumenta respondeo negando ante neg. seq. Ad ...

probatur. Respondeo aliquas esse species universalia quae nullam habent determinatam conexionem cum relationibus particularibus et singularibus determinatis, cum tamen haec in illis et ex illis speciis cognoscatur addito alio principio particulari. Eodem iure divina essentia, quamvis ex se indeterminata sit nullam determinatam conexionem habens cum hac vel illa creatura existente in particulari, addito tamen actu voluntatis libero quo Deus illam creaturam producere decreverit veluti determinatur essentia ad hoc ut determinate in se ostendat talem particularem creaturam, et poterit applicari per voluntatem Dei ad producendam visionem quae eam creaturam, et non aliam determinate repraesentet. Unde patet ad 1um, quod divinam essentiam ex se indeterminatam, posito decreto libero Dei producendi tale individuum determinari ad hoc, ut si applicetur per voluntatem Dei possit determinare per modum speciei ad visionem repraesentativam illius individui in particulari. Unde essentia posito decreto libero non producendi tale individuum determinata erit eadem essentia ad eius non existentiam repraesentandam si per voluntatem Dei per modum speciei applicetur.

Ad 2um, quod Respondeo in peccato semper reperiri aliquid physicum quod in divina ipsa essentia videatur et cognoscatur, posito vero actu libero Dei quo per modum executionis operatur Deus ad illud physicum peccati ex determinatione creatae voluntatis, determinata est essentia divina ad repraesentandum illud physicum peccati

& positivum & negativum. Malitia v.o moralis, quae peccatum constituit in omnibus bonitatis illo malitiae oppositis, tanquam in opposito repraesentatur et cum nullum sit peccatum nulla quae malitia, quae non fundetur in aliquo physico et nihil physicum sit quod in divina essentia eminenter non contineatur, talis essentia ex eo quod eminenter contineat et voluntatis creatae et libertatem illius, et actum productum, et advertentiam obligationis et ipsam obligationem per praeceptum impositam, potest etiam repraesentare denominatae moralem malitiae, quae ex illis physicis moralis et in negatione rectitudinis et in actum positivum refunditur. Ad 3m respondetur essentia immediate, sicut est species ad omnia attributa et relationes repraesentandas, et consequenter objectum primarium, ita ad quamlibet creaturam etiam existentem repraesentandam, supposita determinatione voluntatis divinae ad hanc et non illam producendam, cum constat quod creaturae dicantur etiam videri in Ideis, in scientia, in volitione divina; quatenus essentia habet rationem ideae objectivae imitabilis a quacumque creatura, et quatenus essentia repraesentat ideam formalem scientiam et volitionem divinam per quas cognoscuntur a Deo et amantur creaturae nam Beatus videns Deum scire et amare aliquam creaturam consequenter eam cognoscit in tali scientia et amore repraesentatis in essentia divina et hoc modo diximus disputatione de scientia Dei Deum in suo decreto libero cognoscere creaturas existentes — Ad 4m respondetur non obstare mediationem

essentiae

ess.ae et q. creatq in ess. videantr quamvis videantr intui-
tive creatq existentes; hec n. est eminentia illius me-
dii scil. essae divinę per modum spei, quod meliori modo præ-
stet quod quod spes creata impressa præstant. Unde si spes
impressa propria et immediata creaturę determinat ad
earq visionem intuitivam, multo melius essa divina per modum
spei. Ad 2m probatq rationem cognitq Dei in imagine, seu ratione
medio aut similitudine objectiva, non sufficere ut videatr
Deus in se, quia illud medium solum gerit rationem objecti in
quo cognito aliud cognoscitr, at essa divina non est
objectum medians utcunque, sed objectum medians per mo-
dum spei, et exercens munus spei; unde sicut spes sen-
sibilis medians visionem corporeę intuitq et immediationem
non aufert, ita neque mediatio ess. divinę per modum
spei. — Ad 2m probatq cognosci rem in se intuitive
et simul in alio tanquam in medio pure objectivo repug-
nare intersenti quod in se et in alio tanquam in objecto quod
simul gerit munus spei, quo pacto diximus per visionem
videri creaturas in Deo; illa n. cognitio determinatr quo-
dammodo ad existentiam creatę, cujus dicitr intuitio; estque
immediata quantum sufficit ad intuitq quia non mediat
objectum pure cognitum, in quo solum indirecte ut ait S.
Thom. et per notatq cognoscatr creatura, sed mediat
objectum quod simul cognoscitr et determinat ut spes ad creatq
cognitq. —— . Ad 3m probatq cognitio causæ per
effectum seu in effectibus non est intuitiva, quia causa non

continere perfecte in effectibus, neque his habent rationes propriis continentis intelligibilitas eas eminenter.

Ad 4. quod probatus Dei cognitio est, in ea [illegible] creata, dicitur non esse intuitiva erga cognoscitiva est indirecte ut terminus ordinis transcendentalis, quia cognoscitiva causa erga causa creata non adeo perfecte et supereminenter continet effectus suos, quos propterea independenter a Deo negat producere erga non gerit munus speciei ad cognitionis sui et suorum effectuum; quia autem non possunt gerere patet quia causae creatae sunt agentia necessaria, nulli voluntati liberae subordinata, atque adeo si gererent munus speciei determinarent naturaliter et necessario ad infinitorum effectuum cognitionem in ea causa, quae sicut infinitorum est productiva, ita et determinativa per modum speciei ad infinitorum cognitionem.

Ad 5. et ultimum constat ex dd. disp. 3. de scientia et disp. 2. de voluntate, art. 3. et disp. 3. art. 2. per amorem beatificum amari etiam creaturas in Deo, eo modo proportionabiliter, quo in Deo cognoscuntur; cum enim non diligantur nisi propter bonitatem Dei, et haec non possit movere nisi diligatur et terminat dilectionem beatam, sequitur non diligere creaturas a beato, nisi propter Deum et in Deo ardentissime amato. ex eo enim quod Deus impense ametur fertur talis amor ad creaturas sicut ex determinatione medii determinatur intellectus ad rationes ut saepe docet S. Thom.

Art. 2.

An possit videri essentia divina nulla creatura visa.

Aliqui dd. existimant ita necessarium esse

ut

Ut ipsa essentia divina videatur in illa creare, ut ... seant res creaturas necessario videndas, ita Durandus, Aureolus, Bassolis, quos art. sequenti referam, et aliquam saltem creaturam in speciali videndam docet affirmandum esse in nostra sententia P. Vasquez. 1. p. disp. 50. c. 4. in fine.

Alii DD. existimant solum necessarium esse ut videantur creaturae possibiles in se et possibilitas in se, eo ipso quod divina essentia et ipsa videatur. Ita docent Henricus quodlib. 7. q. 4. circa finem, Capreolus 4. dist. 49. q. 2. art. 1. ad arg. 3. 2ae, et Victoria 9. 2. art. 3. et 9. 3. Vazquez 1. p. q. 12. art. 7. dubio 1. ad 6. et art. 8. et Camel. art. 7. disp. 1. ad 3. et ad obj. et art. 8. et 6. et Mol. art. 8. disp. 3. ad 2. et merito ex disp. 5. membro 1. dubium Nazarius controversia 2. et 3. et Alb. dub. 29 et 29 Valencia q. 12. puncto 6. quaest. 2 ad 7 et 9. Suar. lib. 2. de attrib. c. 26. n. 29. Nabarrete controver. 48. et 7. et 13. Arrub. disp. 26. c. 6. Albelda disp. 31. sect. 3. n.o 31. et Gran. tract. 6. de visione disp. 1. sect. 6. n.o 30 et alii.

At quid circa utrumque modum dicendi non implicat videri Deum intuitive et quidditative nulla creatura visa neque in se neque in particulari. De creaturis in particulari id supponit S. Tho. 1. p. q. 12. art. 9. ad 4 et 4. sententiarum dist. 49. q. 2. art. 5. ad 5. affirmans reddi Beatum intellectum ex eo quod videat Deum tantummodo etiam absque creaturis, ubi supponit id esse possibile. Idem docet Scotus 4. dist. 49. q. 2. et modus

ponendi Paludanus 4 dist. 49 q. 2, art. 2 concl.
3. ad 2um. Ubi Durandus q. 3. nº 4 Oram q. 2 art.
3. initio Gabriel in supplem. q. 3. art. 2. [illegible] 2 Ar-
gentinas q. 2. art. 4. Ubi Tonelinus et Salazius S. Bon-
Lenius 3. p. tº. 3o c. 4 § 4 Capreolus [illegible] Valenc.
Vazquez, Zumel, Suar. Nazarius Nalarret [illegible] Al-
nelda Basilo et Gran. P. Salas 1. 2. tho. 1. [illegible]
2. disp. 4 sect. 4 nº 2. Lorca disp. 25 fine Egydius
tho. 3. in appendice q. 1. art. 2. ita etiam Nominales,
Vasquez et alii DD. qui docent nullam creaturam posse videri
in Divina essentia.

Probari solet ex S. August. et tho. 1.
lib. 5 confes. c. 4. Infelix homo qui scit illa omnia te autem
nescit beatus autem qui te sciat etiam si illa nesciat. qui vero
et te et illa novit non propter illa beatior, sed propter te
solum beatus est beatitudine scilicet essentiali; in quo textu
supponit S. Doct. tanquam possibile, quod sciatur Deus per
visionem beatam nulla cognita creatura, sed incertum est,
an id supponat S. Aug. tanquam possibile an tanquam
impossibile sicut etiam S. Tho. C, ut explet ex ipso c. hic
[illegible] Dei beatitudo conferat.

Probatur ratione quia in eo quod nulla cognoscatur
in Deo creatura quando videtur Deus intuitive eo quod dictum
sine nulla apparet implicatio contradictionis quod [illegible]. Pro
1º nam in Deo nulla creatura formaliter continentur, sed solum
eminenter, et ex eo quod videatur id quod est formaliter in Deo
non sequitur necessario videndam creaturam. Pro 2º quia nimis
continentur in Deo hic quam ullus creatura. Sed potest esse Divi-
na

ne ita applicari per volunt. divinā, ut innumera creata n. videantur, et posset etiā applicari ita ut nulla videantur. Pr. 3°, nam ex eorum visio magis penetret divinam essentiā et sit clarior quoniam saltem secundum legem ordinariā, q. in divina essentia videantur creata et q. minus clara et penetrativa divinae essentiae potuerit nulla creata videri. Pr. 4° nam essentia divina nullam conexionē nullumque respectum habet ad creatas ergo poterit absque illis videri ut a fortiori constabit ex probatione 2ae partis conclusionis.

2a pars conclusionis q. possit videri essentia divina etiam si n. videantur creata neque in se neque secundum esse possibile. contra DD. 1° loco relatos ante conclusionem docent imprimis etiam Gab. Maj. Arriacensis Vasq. Vecanus Lessius quos cit. 1. sect. 1. recolli asserentes de facto videri essentiam nulla in ea creata visa. Idem docet Scotus Richardus Bassol. et alii DD. ex relatis pro 1a conclusionis quatenus absque illa timitile docent posse videri essentiam sine illo obiecto secundario. Idem expresse docet P. Suar. disp. 51. c. 6. q. id probat ex eo q. essentia ipsaque ipsa n. respiciat creata in se et secundum esse possibile, sed secundum esse earum particulare, et si n. est opus ut essentia visa videantur creata in particulari neque etiam ut videantur in se. sed licet sit consequens verum ans. q. supponitur est falsum scil. divinam ipsam respicere creata aut in se aut in particulari respectu reali transcendentali.

Unde sic insurgo contra pro se: divina essentia et ipsa

nullum dicit realem ordinem ad creaturas, neque secundum esse possibile in se, neque secundum esse earum particulare neque cum illis habet ullam conexionem quod potuit cognosci intuitive et quidditative quamvis non cognoscantur evidenter creaturae neque in se neque in particulari. Antequam suppono tanquam certum in mea sententia illud quod probatum est disputatione 3. de Trinitate art. 2. illo autem posito probatur quod est evidens nam quamvis posita divina essentia, necessario sequatur possibilitas creaturarum, sed potentia divina ita est independens et absoluta ut secundum omnem perfectionem formalem intrinsecam persisteret integra et inconcussa, quamvis nihil possibile daretur neque in se neque in particulari. quod cognosceretur intuitive et quidditative quamvis nihil possibile cognosceretur neque in se neque in particulari. Denique hoc probatur, nam sicut in existendo est independens et absoluta respectu possibilitatis earum in se, nullam quod cum illa habet conexionem, ita neque in cognoscendo —

Dices implicat non potentia productiva divina absque possibilitate termini productibilis, si enim nihil esset productibile cuius nam diceretur productiva? quod plane apparet in potentiis creatis, quod implicat cognosci eam potentiam productivam in Deo quin cognoscatur terminus productibilis saltem in se. Respondeo negando nam si non cognoscatur attributum divinorum in ordine ad terminos possibiles non intelligeretur ut perfecte et distincte a rebus. quod si dicas eam perfecte dicere non a rebus ex eorum participatione per modum perfectionis per quam non stabiliatur praedicantur creaturae, si ipsae sint possibiles aut productibiles. Contra est 2.a confirmatio, nam

saltem in hoc modo cognoscendi potentiam, non possunt non p-
cognitis attingi creaturae ut possibiles, saltem conditionate
quod sine illis non potest videri divina operatio. Ita 3o nempe
D. Tho. saepe docet agens de Deo, quod non potest cognoscere se esse
abundantiam nisi cognoscat aliqualiter causatum, ita in 1o
contra gentes c. 49. et 1 p. q. 14 art. 5. et 4 dist. 49
q. 2 art. 5. ait non potest cognosci potentia nisi cognoscantur possibilia
obiecta. Respondeo haec nomina potentia et operatio et productiva et
similia aut imposita sunt aut saltem usurpata ad expli-
candas potentias creatas, quae tales sunt per respectum rea-
lem transcendentalem ad terminos, et ut sic non possunt intel-
ligi sine terminis, et propterea secundum hanc significationem
non recte adaptantur ad explicandam potentiam divinam acti-
vitatem carentem ordine reali ad suos terminos, nisi
affingamus illi ordinem rationis et respiciamus illam, ut
connotat aliquos terminos. Quod si respiceret potentia divina
secundum intrinsecum ut est in se, ut respicere per
visionem beatam, conspiceret sine ullo respectu et connotatione
terminali creaturarum, et ita posset intelligi non cognito pos-
sibili aut producibili, sicut cognosceretur si nihil esset pos-
sibile aut producibile, et tunc potentia non esset productiva
ut dicit respectum rationis et connotationem productionis, sed
ut dicit virtutem ex se sufficientem si non implicet creatura. Ex
his patet ad 2am confirmationem ad quam videtur esse Responsio.

Ad 2am confirmationem Respondeo nos pro nostra tenuitate non pos-
se aliter explicare illam perfectionem potentiae divinae nisi sal-
tem conditionate meminerimus creaturae ut possibilis, saltem

sub ratione possibilibus q. si hoc modo deberet cog-
nosci creatura possibilis, quando videlicet esse saltem
verum erit, q. n. debeat cognosci creatura ut possibilis
absolute, sed conditionate, sed neque hoc modo opus
est ut Beatus Joan. cognoscat in Deo, sed ut est in se
libera et independens a terminis possibilibus, quin sit opus
ad illam explorandam et penetrandam recurrere ad ter-
minos producibiles neque conditionate asserendo v.g. q.
illam perfectus n. staret q. minus producantur creaturae si ipsi
n. repugnent, nam hic modus cognoscendi provenit ex
debilitate nostri intellectus n. ex necessitate aut indigentia
termini ad cognoscendam illam perfectionem ut est in se.

Ad 3am confirmationem R. S. Thom. q. nunquam
agnovit in essentia Dei respectum realem ad creaturas, illas
attendendo q. ratione continentis quae divina essentia est et pro-
pterea continet creaturas, quo plus penetratur eo plures ostendit crea-
turas per modum speciei. Unde sicut n. existit Deus nisi
necessario dicat creaturas possibiles, ita neque cognoscitur nisi
cognoscenti easdem creaturas saltem in se; hoc tamen n. obstat
quin minus per potentiam absolutam minus clare possit prae-
scindi essentia per visionem intuitivam, ita ut nulla attin-
gatur creatura, si eo eque aut magis clare, si lumen ma-
gis intendatur. 2do v. dicit S. Tho. ex eo cognoscatur
causa et potentia cognosci debere causatum et terminus n. sten-
dit Deum cognitum ut causativum quasi in actu 1o creaturarum
et possibilium, quae hoc modo a Deo secundum tale esse
causante necessario infertur cognitus effectus, sed illum ut ac-
tu

adhuc creantis, et ut alii monstantem esse, et ut illos jam resplendentem repraesentationis non posse cognosci sine effectibus, quando ipsa essentia videatur, sine creaturis videbitur et applicabitur ut causatius; cum tamen in ea videantur creaturae applicatae per voluntatem divinam ut causae alicuius causae et ut sic repraesentatae, et ut sic non possit sine creaturis cognosci.

Art. 3.

Utrum nam ex obiectis creatis possibilibus reipsa videantur a Beatis in Verbo.

Durandus 3. dist. 14 q. 2 et lib. 4 dist. 49 q. 3. Bagolius q. 4 prologi art. 3. Gotfredus quodlibeto 6. q. 3. referri solent ac creantes reipsa omnes creaturas possibiles a Beatis videri. Aureolus quodlibeto 10 art. 2 putat omnes creaturas videndas si videantur in Verbo, idem de speciebus possibilibus, sed non de individuis docuit Henricus quodlibeto 7 q. 4 et 5; praeduatim scientiam omnium possibilium attribuunt animae Christi Domini Magister 3 dist. 14 ubi Albertus, Alensis 3. p. q. 13 membro 7. Hugo Victorinus tho. 3 lib. de sap. animae Christi quos sequitur P. Herice disp. 51. c. 4 n° 29.

Dico 1°. Beati non vident omnia possibilia in Verbo, vident tamen plura aut pauciora pro majori aut minori claritate luminis; hoc utique receptum est inter omnes Theologos, et defenditur a DD. supra referendis; probatur nam secundum legem ordinariam magis beatus et perfectius videns Deum determinatur vi ea claritatis visionis existente majori lumine ad plures creaturas ex possibilibus in Deo cognoscendas, et annexa est plurium creaturarum possibilium visio praestantiori beatitudini; ita ut apud Divus

placu' ib' ~~[struck]~~ possibilia et fortasse infinita videat deinde beata virgo et alii de reliquis, qui sicut decrescit in beatitudine decrescunt etiam in numero possibilium quae in essentia dei cognoscunt. Ut disp. [illegible] statim erit. q.

Quod autem non videant beati omnia possibilia docet expresse S. Tho. 4 dist. 49 q. 2 art. 5 et q. 8 de verit. art. 3 et q. 20 art. 4 et lib. 3 contra gentes c. 56 et 3. p. q. 10 art. 2 agens expresse de Christo Domino de quo vel quo fere de specialiter loquuntur S. Bonaventura 3. dist. 14 art. 2 q. 3 Richardus 4 dist. 49 art. 2 q. 3 ubi Paludanus q. 2 art. 2 Capreolus q. 6 art. 1 Tolo q. 3 art. 3 Magister 3 q. 10 art. 2 idem docet S. Tho. 1 p. q. 12 art. 8 ubi Cajet. Ripalda Zumel Pesan cq. Mtr. disp. 5 membro 2 Aguirre disp. 29 sect. 10. Arrubal disp. 27 Nabarrete contra vers. 58 Albelda disp. 31 sect. 2 Lassus art. 8 dub. 4 Herice disp. 54 c. 3 n.o 18 Granado tr. 6 de Visione disp. 1 sect. 6 n.o 29 P. Valencia q. 12 puncto 6 Suarez lib. 2 de attrib. c. 26 idem docent in 1a 2ae Lorca tho. 1 disp. 25 membro 2 Salas tr. 2 disp. 4 sect. 6 Egidius tho. 3 in appendice q. 1 art. 4 et 5 et cum S. Tho. 3 p. q. 10 art. 2 Medina Cabrera et Raguza et Suarez tho. 1 disp. 26 sect. 2 et tandem Albertinus tho. 1 princ. 1 q. 4 Theologica n.o 27.

Probatur 1o ex sacra scriptura in qua affirmatur aliquot divinae sapientiae arcana Angelos beatos latuisse, ad Ephesios 3. Ut innotescat principatibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei quod sic ut ait S. Hyero. ib. illis ignota fuit multiplex sapientia Dei

Dei: et S. Chrysosthom. in prologo evangelij Joannis ref-
ferens relata verba Apostoli ait [Cherumbin etiam et Sera-
phim per ecclesiam didicisse quae nesciebant] et propterea S.
Dionis. c. 7. de coelesti Hyerarch. affirmat Angelos
inferiores a superioribus illuminari circa plura inferioribus
ignota; huc etiam expectat illud Danielis 10 ubi refer-
tur Angelum Persarum et S. Michaelem ostendisse se
per libertatem populi Judaici, quia fuit saltem alter illorum
qui esset beatus ignorabat quod circa illam libertatem Deus decrevis-
set ut docet sententia Patrum testatur, S. Greg. Theodoret.
S. Tho. Lyra Carthusianus, quos sequitur Pererius lib. 12 in
Dan. tandem Apocalips. 7. signentur in frontibus electi,
ut ab Angelis agnoscantur —

Propter haec tertia S. Tho. S. Bonav. et alij ve-
teres censent oppositam sententiam dictis SS. Patribus adversari Zumel
et Vasquez erroneam aut errori proximam, Mol. periculosam
in fide, Valencia temerariam; ego certam, scilicet contra extre-
mo sed oppositam agentem de creaturis possibilibus, tam
tam secundum rationes specificas, quam secundum indivi-
duales non existentes nulla gravi censura notarem, qui suf-
ficienter explicantur dicta testimonia de ignorantia indivi-
duorum existentium, et eorum quae Deus re ipsa decrevit —

Probatur vero ex rationibus 1a quia nullum est sufficiens
fundamentum ad concedendum singulis beatis visionem omnium
possibilium; at non caret temeritatis nota in re tanti mo-
menti aliquid de facto concedere absque fundamento authori-
tatis et rationis. Verum haec temeritas non exit contra fidem —

2a ratio nam ex modo loquendi sa-

saie spes Joan. 1. plenum gra et veritatis Colossen.
in quo sunt omnes tesauri sapientiae et scientiae absconditi. Apo
calipsis 5. dignus est agnus &c.a accipere sapientiam &c.a
xpo homi amplior conceditur scientia creaturarum in Verbo, quam
reliquis beatis. Praeterea inter beatos quidam conceditur
q. plura cognoscant in Verbo quam alii, et non omnes omnia in
Verbo noverunt. 3.a ratio privatim q. in xpi humanitate
non fuerit visio omnium creaturarum, quia nullum est fundamentum id
suadens cum ad perfectionem visionis beatae ipsius ad ple
nitudinem sapientiae et statum mediatoris sufficiat q.
viderit plura possibilia quam alii et simul omnia existen
tia praeterita et futura
Probant quo Egydius 1. et Cabrera 3. p. q. 10
art. 2. disp. 3. &c. 2. ex directorio Inquisitorum 2. p.
q. 11 ubi dicitur errorem esse dicere, q. anima xpi Domini com
prehendat divinam essentiam vel cognoscat omnia quae latent
in eius potentia. Sed haec verba non habentur in directorio sed in
eadem q. 11. refertur Inquisitores Tarraconenses damnasse
sequendam Arnaldum de Villanova Medicum
qui ad unionem hypostaticam credidit necessarium esse scientiam com
prehensivam Dei in humanitate assumpta ut patet in 2.o errore
ibi relato et qui putavit naturam humanam xpi Domini ideo sci
re omnia quae Deus novit quia Deum altitudine aequabat ratione
unionis hypostaticae, propter quae merito damnatus est si quae xpo
homi visionem omnium possibilium adscripsit — Praeterea quo
Egydius probat quia ex visione omnium possibilium sequeretur q. Deum
comprehenderet q. ut patet secundum fidem creato intel
lectui

lectui repugnat sd art° 6. expendetur an eo quatenus sequatur comprehensio Dei ex cognitione omnium possibilium in ipso

Dico: quilibet Beatus cognoscit quidditative Deum omnesque ejus dispositiones secundum omnem connexionem, quam claudit intrinsece et in recto quod cognoscit evidenter omnes terminos creatos probatur consequentia, nam implicat connexionem alicujus effectus in causa cognosci, nisi cognoscatur talis effectus quod implicat cognosci connexionem omnium nisi omnes cognoscantur, nam sicut connexio unius connotat unum ita connexio omnium connotat omnes effectus quod sicut ex connotatione unius infertur quod ille unus debeat cognosci, ita ex connotatione omnium quod omnes debeant cognosci, alias non cognosceretur connexio illorum quod ignorantur —

Dices ex DD. Disp. 5. art. 2. non sequitur ex cognitione evidenti et quidditativa dispositionis quod cognoscantur omnes illius termini quia nullam habet cum illis connexionem, nullum respectum in ordine ad illos terminos, quare licet dispositio hoc vel illo modo penetrata repraesentet has vel illas creaturas et eo plures quo magis penetratur, non tamen sequitur ex eo quod penetretur et evidenter cognoscatur tota secundum omnes formalitates intrinsecas quod omnes illius termini debeant cognosci, nam sicut in casu quo hic vel ille terminus esset impossibilis posset evidenter cognosci essentia et dispositio nulla formalitate illius latente, absque cognitione evidenti talis termini, ita absque cognitione eorundem, potest cognosci evidenter essentia et dispositio divina nulla formalitate illius latente quamvis tales termini, quod non cognoscuntur sint possibiles ——

Art. 4

Quę nam ex creaturis existentibus, re ipsa videantur a beatis —

Hęc difficultas coniectura prudenti definienda est, quia non de facto Deus dixerint neque in Sacra Scriptura revelavit, nec aliter potest expediri. 1° igitur certum videtur secundum fidem omnia contingentia quę extiterunt et existent cognosci ab omnibus beatis. hoc enim admirus medius testimoniis Sacrę Scripturę et SS. Patrum quę art. precedenti relata sunt —

2° omnes universi naturę partes species dispositionem et ordinem cognoscunt evidenter et intuitive Beati in essentia divina. Ita expresse S. Tho. 3. contra gentes c. 59 et 1. p. q. 12 art. 4 ad 3. et 2. 2. art. 8. ad ultimum quam sequuntur communiter DD. Valencia 1. p. disp. 1. q. 12. puncto 6. § de 3. quęstione, Suarez lib. 2. de attributis c. 28 n° 8. Vazquez disp. 50. c. 8. Capreol. q. 12 art. 8. Dub. 23. n° 132 Herice disp. 52 c. 3. n° 33. et alij apud ipsos. probat S. Tho. 1° quia homini inest naturaliter et rationabiliter desiderium hęc omnia sciendi, imo in statu separationis per species naturales anima illa omnia perfectissime comprehendit quę per visionem beatam ea innotescent; ut satisfiat omnis naturalis et rationalis hominis appetitus. Probatur 2. Herice quia pertinet ad perfectionem intellectus ea omnia scire et propterea Angelis et animabus separatis ad eam rerum cognitionem induuntur species, et nulla est ratio ob quam negetur

ca

ea omnia sciri a Beatis per visionem beatam atque haec est cognitio matutina divina creaturae universi quam in Angelis S. Aug. art. 1. relatus agnovit. illud tamen S. Thomas docet observandum est non opus esse ut omnia et singula individua cuiuscumque speciei beatus noverit, sed aliqui omnium plura et pauciora pro perfectione beatitudinis.

3.° Videbunt Beati omnia mysteria fidei quoad eorum supernaturalem existentiam, ita iidem DD. C. relati idque S. Tho. ostendit 1. p. q. 1. art. 2. Theologiam visioni beatae subalternari et 2. 2. q. 4. art. 3. et n. 28 q. 1. art. 1. dum ait visionem fidei succedere quod insinuavit Apost. 1. ad Chor. 13. Videmus nunc in speculo etc. Videmus (inquam) quae nunc per enigma cognoscimus. et 2. ad Chor. 3. in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem scilicet a fide in visionem ut S. Ambros. et S. Anselmus ibi. Praeclare nostram sententiam docuit S. August. tho. 5. lib. 20 de civitate, c. 21. quod videbimus nisi Deus et omnia illa, quae nunc invidemus credentes. ratio est eadem quia haec omnia scire beati rationabiliter desiderabunt et debent eorum appetitus rationabilis satiari. fortasse tat. P. Herice disp. 52. c. 3. n.° 36. non posse hanc sententiam absque temeritate negari et in cognitione horum mysteriorum dei Beatos fore aequales quod verum est de rationibus speciei supernaturalibus non de individuis circa quorum cognitionem erunt etiam inaequales.

4.° S. Tho. 3. p. q. 10 art. 2. et locis relatis cum dicit omnia generaliter docet omnia quae pertinent

~~ad~~ statum quem beatus habebat in hoc seculo et quae
attinent ad ipsius personam in futuro media visione
alteri ipso cognoscenda. Vide Rec.tiores theologos c. re
latos, probatque hoc necessarium est ut justum et rationabile de
desiderium beatorum expleatur et felicitatem ex hac cognitione
percipiant. quod satis exprimit concilium Senonense decreto 10
docens a Beatis videri in Deitatis speculo quidquid eorum
intersit —

Ex quo secundo infertur 2° cuique fuit summus Pontifex in
finis videre omnia quae ad suam ecclesiam expectant, Re
gem quae ad suum regnum, fundatorem religionis, quae
ad suam religionem et sic de reliquis. quod intellige non so
lum de negotiis majoris sed etiam minoris momenti quia eadem
eadem est ratio, et aliquis merito de eius eventu esset soli
citus. observat Henr. si forum mutatus sit status rerum
quem in hac vita reliquit ut si regnum ad alios transiit
si religio extincta sit. Ratio: sicut non est opus ut de illius
successu sit solicitus, ita neque est illius notitiam spectet.

Infertur 3° preces et orationes ad beatos directas ab
illis in Verbo cognosci ita S. Tho. 2.2. q. 83 art. 4 et 3.
p. citata cum his. 4 dist. 45 q. 3. art. 1. idque exprimit co
cilium Senonense eodem decreto 10, quod attendunt ad orationes
oriones salva fide negari non potest, alias ridiculum esset fun
dere ad illos preces funderentur. quod eas preces videant in
Verbo non est adeo certum est tamen probabilius quia Patres reliqui se
varentes ita docent et Theologi videntur neque est ratio quare hoc
olim excipiantur. ita Suarez Vasq. Casp. Henr. § 2. rela
ti, Mol. 1. p. q. 12 art. 8. disp. 3. Valencia puncto 6 ad
4am quaestionem, Albelda disp. 33. Salas 1. 2. tom. 2 disp.
4.

sect. 11. n° 26, Egydius lib. 5. quest. 29 art. 4. § 2. et alij, Pater Granado ex alijs putat Att. 6. de visione, disp. 1. sect. 9 n° 60 singulas preces fundendas non videri per visionem beatam, sed precipuas, et in quibus preces ad se dirigendae sint, postea vero in particulari per peculiares revelationes illis innotescere extra Verbum —

Infertur 3° cogitationes aliorum ad ipsos directas, et expectantes, quas nemo sciat, vile sit illis et judiciorum beatis per visionem cognosci. existimo tamen non esse id nimis decretum et ordinatum esset cum cuilibet salvum debeat esse ... Domini, vel suas operationes humanas internas, ut eas celet pro libito et manifestet, quare soli deus Christi Domini homini privilegium cedit ut eius omnia cogitata intueatur —

Infertur 4° probabilius esse, quod dies judicij lateat beatos, quia licet non sit adeo certum neque ut certum evincatur illo Math. 24. de die autem illa nemo scit, neque Angeli caelorum sed solus pater, quia alibi eodem modo et eisdem verbis ea notitia denegatur Christo homini Marci 13 et alibi, cum vere noverit diem judicij et sicut de Christo homine explicanda est sacra scriptura eam scientiam denegans sibi homini ita explicari potest ubi Angelis denegatur; Nihilominus commune per se Sacrorum Interpretum existimat diem judicij beatis et Angelis ignotum esse. ita S. Tho. et alij apud illum Lira Abulens. Mald. Salm. Soto, Molina, Valen. Vasqu. et Zumel apud P. Gran. Att. 6. de visione, disp. 4. sect. 9 n° 54.

Infertur 5° eum, qui magis beatus est, videre plura ... v. g. qui fuit heremita, partiores existentes creaturas

videat operfat? aliunde accepturum, cognitis scil. pluribus creaturis possibilibus —

Infertur 6. ea dia ab initio beatitudinis nec notasse beatus. cum n. ea dia per visionem innotescant et visio sit invariabilis deberet dia ab initio per visionem repraesentari cum impossibile sit ... dicta ut eadem visio creata invariata persistens modo repraesentet modo non repraesentet quae antea repraesentabat et non repraesentabat nihilominus plura quae n. expectat ab initio beatitudinis, beatis manifestari diversis temporibus illos ignotescent extra Verbum per revelationes particulares: et sic fortasse Angelos plura misteria quae aliquando latuerunt —

Art. 5

Undenam proveniat quod haec potius quam illa creaturae videantur in essentia divina —

Nemini dubium quin ratio formalis immediata quare beati potius haec quam illa obiecta creata videant, tot et non plura neque pauciora, est visio beata quae ratione individualis ac veluti materialis perfectionis diversae (specificam n. diversitatem ratione obiecti materialis ipse diversorum a visione exclusi disp. 2.) ad haec potius quam illa obiecta materialia extenditur. neque n. audiendus est Scotus quod visionem beatam quasi in actu primo tribuit infinitorum obiectorum materialium repraesentationem, quamvis in actu 2o non semper ad omnes et easdem creaturas repraesentet

lao

tandem determinet, quod alibi á nobis rejectum est ex eo, quod propter limitat. visionis beatæ implicat dari representativa in actu 1o alicujus objecti, et quod in actu 2o illud non repræsentet, si in subjecto proportionato recipia tur, diximus.

Quartum est, á quo nam proveniat in genere causæ videndum sit hæc inæqualitas individualis in visiones refundatur tanquam á primo determinante an á diversitate individuali luminis, an vero á diversa applicatione essentiæ divinæ per modum speciei. id provenire ex diversitate individua li luminis censent satis probabiliter, non pauci neque ignobiles DD. Suarez 1. p. lib. 2. de attrib. c. 26 no 19 et 29 Nabarr. contro. 44 pag. 285 Albelda disp. 35. sect. 1. ad 33 Salas 1. 2. tract. 2. disp. 4 sect. 4 no 54 Gran. 1. p. tract. 6. de visione disp. 1. sect. 6. n. 35 et 36. Alii existi mant visiones plurium creararum provenire ex majori intensione luminis, quamvis non sit individualiter diversum, ita Ægyd. 1. 2. tho. 2. lib. 12 q. 10 art. 3. § 5. et 6. et 8. Bagolis 1. p. q. 12 art. 6. dub. 22 no 128, et sic.

Quod videamus, quod in illis creaturis plures et pauciores non provenit ex diversitate individuali luminis et ex intensione, aut remissione illius, sed ex diversa applicatione essentiæ divinæ per modum speciei facta per voluntatem increatam, ex plane, quod agere quemcumque gradum luminis, quod est ex se sufficere ad producendam quamcumque visionem cujuscumque creaturæ representativam. atque adeo omnia lumina cæteris paribus esse omni

no homogenea in ora eandem spem luminis gloriæ: q
autem producatur visio hujus potius quam illius creaturæ respicien
tatiua quemvis ex eorum est a Divina, quæ potest generare ex se
mura spei respectu cujuscunque visionis: applicari et deter
minari per voluntatem Divinam ad hoc ut exerceat muras
spei potius respectu hujus quam illius visionis repræsentatiuæ
potius hujus quam illius creaturæ. solutio sic explicata tra
ditur expresse a P. Arrubal 1. p. disp. 26. a c. 1. Aqua
na disp. 29 sect. 5 et P. Herice disp. 51. c. 5 nº 34,
refferentur Aguarez disp. 10 nº 27 et dolo Recentiores. ea
dem sine dubio affirmant vasquez 1. p. q. 12 art. 10.
dub. 1º ad 2. 2a opinionis Lumet q. vna ad 3m Lega
cius disp. 2. ad ultimum et valencia q. 12 puncto 6. quæst.
a. ad a. dum aiunt a voluntate Dei determinari
lumen velut causam æquivocam ut visio potius hujus creaturæ
quam illius producat: intelligunt enim per voluntatem Dei illum
actum qui determinat esse per modum spei ex DD. disp. 4.
de visione art. 3. et 5.

Probatur 2º P. Herice quia ex parte materiali et habi
tu supernaturali constatur adequata potentia actus supernaturalis
